BIBLIOTECA NACIONAL
201
55 G
17

Digitized by Google

Digitized by Google

# DIDYMI CHALCENTERI

## GRAMMATICI ALEXANDRINI

## FRAGMENTA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

COLLEGIT ET DISPOSUIT

MAURICIUS SCHMIDT

LIPSIAE

SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI

MDCCCLXIV.

# DIDYMI CHALCENTERI

## GRAMMATICI ALEXANDRINI

### FRAGMENTA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

Digitized by Google

# DIDYMI CHALCENTERI

## GRAMMATICI ALEXANDRINI

### FRAGMENTA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

COLLEGIT ET DISPOSUIT

MAURICIUS SCHMIDT



LIPSIAE
SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLIV.

CAROLO GOETTLINGIO

FREDERICO GUILELMO SCHNEIDEWINO

PHILOLOGIS ILLUSTRIBUS

S.

Digitized by Google

# PRAEFATIO.

Thomae Reinesii si aetatem tulissent supplementa quattuor librorum historicorum Graecorum G. I. Vossii, in quibus grammaticos etiam in ordinem a se receptos esse ipse scribit a. 1640 in epistula ad Gasparem Hofmannum p. 33, dudum, opinor, extitisset alter Carolus Muellerus, qui, ut Francisci Titzii in diatribe de Moschopulis p. 15 verba mea faciam, negotium nostrorum temporum genio dignum ad finem perduceret, ut Graecorum grammaticorum vetustiorum atque classicorum opera uno maiore corpore collecta probeque ordinata emitteret in lucem publicam, id quod ex parte molitum esse Fredericum Georgium Thryllitium compertum habemus e miscell. Lips. II p. 550 et C. A. Klotzii praef. ad Straton. epigr. p. 16. Atque esset profecto, quod eiusmodi corpus sibi gratularetur, si quis aut Frederici Osanni aemulus (vid. C. Suetonii Tranquilli de gramm. et rhett. lib. ed. Fr. Osannus p. v) grammaticorum, qui Alexandriae Romae Byzantii docuerunt, concinnare chronologiam, a Laurentio Lerschio in annall. Marburg. 1840 p. 118 suo iure desideratam, aut, quod Lobeckium in parergis ad Phrynichum p. 481 inchoare memini, eruditionis grammaticae rationem, qualis singulis deinceps temporibus inter Graecos obtinuit, e reliquiis percipere vellet.

Ut vero nunc comparata res est, neuter locus hac aetate pertractari poterit nisi ab eo, qui molestissimum illud grammaticorum reliquias colligendi componendique negotium ipse sibi imposuerit, inque singulos grammaticos ab ipsis principibus exorsus singulari scriptione commentatus fuerit ea usus diligentia, qua in componendis Polemonis Eratosthenis Zenodoti Aristophanis Aristarchi Cratetis Aristonici Apionis Herodiani Ori reliquiis usi sunt Prellerus Bernhardyus Duentzerus Ribbeckius Nauckius Lehrsius Wegenerus Friedlaenderus Ritschelius, et qua alii nostri saeculi viri doctissimi aliorum studia adumbrare conati sunt, quos inter Ottonem Schneiderum Meierum Osannum Schoemannum Graefenhanium Velsenium Langium Scrzeczkam Beccardum Gerhardum Radulfum Schmidtium nominasse satis habeo. Longum enim est omnes enumerare. Ac Ritschelius quidem sitne etiamnunc tenax consilii historiam graecae grammaticae perscribendi, quam moliri se in prolegg. ad Theodul. p. IX et in comment. de Oro § 1 significabat, haud satis scio, K. Lehrsium vero, quamvis enixe rogatum, ut grammaticorum componeret historiam, cui operi perficiendo neque exstitit ipso neque exstabit unquam, sive scientiae copiam sive acumen ingeniique dotes spectaveris, paratior alter, hoc ipsum negotium detrectasse, humerisque iuvenilibus impositum maluisse fando accepimus. Itaque hic locus cum etiamnunc philologorum studiis posset derelictus appellari — nam quam Graefenhanio debemus philologiae classicae historiam immaturiore partu in lucem esse editam iuxta cum aliis iudicamus — meorum quoque studiorum vestigia hunc premere tramitem iussi, professusque sum documentis nonnullis deinceps publice datis, commentationibus, inquam, de Seleuco Homerico de Philoxeno Alexandrino de Tryphone de Dionysio Thrace inscriptis. Atque eiusdemmodi exercitationum vi-

ces explet etiam τὸ παρὸν βιβλίον 'Didymi Chalcenteri quae supersunt' inscriptum, Aristarchi reliquiarum editionis quasi praecursor, de cuius consilio et compositione ut in hac praefationis parte paucis mihi exponendum sumam, his Friedlaenderi in praef. ad Ariston. p. VI effectum verbis est: — 'restat ut quis Didymi librum eodem modo restituat. Quod omitti potuisse, si quis nunc de Didymo scriberet, ut nuper factum est, id inter mirabilia referendum erit, quae in hoc genere his annis multa acciderunt.' Pace enim viri egregie docti dixerim, magis etiam mirum videri, quod omnino hucusque neglectus iacuit Didymus, grammaticorum, ut qui tanquam in confiniis Graecae Romanaeque grammaticae natus, facile gravissimus, quam quod, qui de Didymo vocabulorum interprete commentatus est, opera hominis ad Homerica studia pertinentia omisit. Erat nimirum via atque ordine procedendum. Itaque cum de commentariis Didymi, quibus scenicos poetas illustraverat, quaestio absolvi mihi non posse videretur, priusquam de lexicis comico tragicoque conditis inque Hesychium receptis constaret (vid. p. 272), neque quidquam excogitari absurdius potuisset, quam membra libri natura cohaerentia temere divellere, nempe ordiri a recensione Homerica, dein ad lexica aberrare, rursumque cursum relictum iterare, primum λέξεις, deinde commentarios, tertio capite opuscula grammatica, quarto miscellanea absolvi, quinto denique incertae sedis fragmenta comprehendi. Neque secundo capite constanter eum paragraphorum ordinem tenui, cui p. 11—13 librorum conspectus adstringendus erat, sed paululum mihi immutandum sumpsi. Scholiis enim in Iliadem Venetis Didymi διορθωτικά contineri indice illo singulis rhapsodiis subscripto certiores fimus, at carent subscriptionibus his scholia in Odysseam Harleiana et Mediolanensia: itaque ex his excerptas Di-

dymi διορθωτικῶν particulas post commentariorum Homericorum reliquias demum exhibui, quippe quae certa testimoniorum fide niterentur. Homericae recensioni poteram equidem Hesiodea, Pindaricis hypomnematis Bacchylidea, Sophocleis Euripideisque exercitationibus commentaria Achaei Ionisque fabulas illustrantia, Aristophaneis studiis animadversiones ad reliquos socci poetas conscriptas subiungere, sed tamen alteram rationem amplioribus operibus excussis a p. 299 usque ad p. 310 breviter de commentariis arctioris ambitus in poetas quos dicunt minores disserendi vel ideo praeoptandam duxi, ne quae de Didymo scenicorum poetarum interprete scholiorumque principali fonte disputanda mihi essent p. 261—299 male discerpere cogerer. Ad illustrationem fragmentorum quod attinet parcum me plerumque interpretem fuisse confiteor, ut explicandi rationem istam, quam indoctam et puerilem increpat Bernhardyus in Eratosthenicis p. v, quoad fieri posset, caverem; haud negaverim tamen, quod factum nollem, cacca quadam uberius exspatiandi libidine aliquotiens me huc illuc devium abreptum liberius evagatum esse. Sed quae Homericae Pindaricaeque recensionum supersunt reliquiae eas fere indotatas dimisi. Huc enim Aristarchea compositurus brevi tempore vela retrorsum dabo. Denique quod Didymi opuscula illa a Francisco Rittero auctori sua restituta Coloniaeque a. 1845 edita (cf. Alois. Capellmann. in annall. Marburg. 1846 Nr. 58) dedignatus sim, non vereor equidem ne in vituperationem incurram prudentiorum hominum, qui spero fore ut consensu suo comprobent argumenta, quibus ad refutanda Ritteri somnia passim usus sum, cf. p. 92. 272. 275. 327. 333.

Ceterum quid me impulerit, ut prae ceteris grammaticis hac ipsa aetate, quae Apollonium Dyscolum eiusque filium Herodianum potissimum in deliciis habere videatur,

Didymum mihi edendum elegerim, respondebit sciscitantibus Fredericus Ritschelius in corollario ad ipsius librum de bibliothecis Alexandrinis deque Pisistrati studiis Homericis Bonnae 1840 edito p. 25: 'Non potest obscurum esse immane quantum in hac parte grammaticae' (literarum dicit historiam), 'quae ad describenda disponenda indicanda literarum monumenta spectat, veteres illos Alexandrinos praestitisse, sed multo etiam tenuiorem horem studiorum memoriam per insecuta saecula Byzantinorumque barbariem ad posteritatem esse propagatam, quam eorum, quibus ipsa *τέχνη γραμματική* perficiebatur. Qui locus speramus fore ut dedita opera (dignus est enim) hac aetate pertractetur.' Verum enim vero ne hanc quidem quamvis tenuem studiorum memoriam, absque Didymo fuisset, ad nos propagari potuisse, quicunque viri laboriosissimi merita aequa lance perpenderit, profecto non ibit infitias. Didymi enim ore loquuntur quotquot evolvimus lexica glossarumve congeries, quotquot manu versamus scholiorum lectissimorum collectiones, Didymi est, quod Philochori Timaei Polemonis Mnaseae aliorumque haud indignorum lectione scriptorum opera quadamtenus possunt restitui, Didymum tacite expilatum esse ab Herodiano Athenaeo Plutarcho Plinio vidimus. I nunc et laude sua dignum esse virum nega!

Superest ut pauca quaedam, quae in emendandis plagulis diligentiam et aciem oculorum fugerunt, corrigantur, e. c. p. 110, 32 scripseram conicias pro eo, quod nunc legitur eias, p. 184 pro *Κύπρα* exarandum erat *Κυπάρα*, p. 289 l. ult. *Ἀλκμᾶνι*, p. 319 s. f. haud pro hand exprimi debebat. Denique suis locis haec inseras additamenta: p. 7, 3 Agatharchides Cinnaei (*Κινέου*) *θρεπτός* Phot. bibl. 213, Persaeus Zenonis alumnus Suida teste, 'Ganymedes nutricius' schol. Vratisl. Lucan. Phar-

sal. X 519. — p. 81, 14 cf. L. Preller. Griech. Mythol. I p. 471. — p. 186, 12 leg. 254 pro 275. — p. 221, 8 possis etiam Arbio coll. Steph. Byz. 111, 9. — p. 224, 25 Sic *Ἄραθθος* et *Ἄραχθος* pronunciasse veteres docent I. N. Oekonomides et L. Rossius in 'Alte Lokrische Inschrift' Lips. 1854. 8° p. 39. — p. 291, 11 de permutatione nominum *Ἀπολλώνιος* et *Ἡλιόδωρος* egit etiam Muellerus ad Lycophr. v. 208. — p. 305, 2 confundi *Ἴωνα* et *Ἰώβᾳ* monuit Iungermannus ad Polluc. V 88. — p. 340 De more *ωι* pro *ω* scribendi haud reicetaneo cf. L. Ahrens. ap. A. Kuhn. in Zeitschr. f. vergl. Sprachk. III 2 p. 82 sqq. — p. 387. Adde Aeschyl. Ag. 415 ed. Franz. *στένουσι δ' εὖ λέγοντες ἄνδρα κτέ.* — Fragmentis dubiis accedat et. Gud. s. v. *βελόνη.*

Scribebam Olsnae XI ante calend. Octobr. a. MDCCCLIV.

M. Terentio Varroni, quem nuncupare Romanum polyhistorem possumus, quantum litterae debeant, ut accuratius perspici iudicarique possit, haud in ultimis laudum est Frederici Ritschelii, qui, cum rarissimas pariter atque pretiosissimas schedas 'Collectanea inedita per T. Philipps Bar.' inscriptas feliciter nactus esset, primus hoc reperto litterario in Museo Rhenano VI p. 481 sqq. ita usus est, ut plurimis librorum Varronianorum inscriptionibus e tenebris in lucem vocatis fragmenta haud pauca diutius domo exulantia in veterem quasi sedem remigrare iuberet. Sed in adumbranda imagine Alexandrini, Varronis fere aequalis, quo nemo plura scripsit, grammatici, a Rufino his verbis merita laude exaggerati: '*Graeci Ebalterum* (h. e. Chalcenterum) *miris efferunt laudibus, quod tantos libros composuerit, quantos quivis nostrum alienos sua manu describere non potest,*' Didymi, inquam, Chalcenteri Alexandrini, nemo dum quod sciam inventus est qui periculum ingrederetur. Si qui vero in transcursu grammatici laboriosissimi imaginem delinearent, quod post Ritteri Wolffii aliorumque conatus nuperrime Theodorus Beccardus in diss. de scholl. in Hom. Il. Venet. (A) p. 26—35 aggressus est, ii sulcos potius in pulvere duxisse quam doctrinam Didymi in solem atque pulverem protraxisse putandi sunt. Itaque cum ego nullus dubitarem, quin operae pretium essem facturus, si, quae Didymus Alexandrinae eruditionis horrea constituit, quasi cum pulvisculo auferrem, Didymi quae supersunt omnia collegi, disposuique ita, ut in commentatione quadripartiti opusculi prima lexicographum, secunda criticum et scriptorum interpretem, tertia grammaticum, quarta denique historicum adumbrarem.

Suidas igitur vol. I p. 1330 de grammaticis, qui Didymi nomine innotuerunt, haec tradit: *Δίδυμος Διδύμου ταριχοπώλου*[1]) *Ἀριστάρχειος*[2]) *Ἀλεξανδρεύς, γεγονὼς ἐπ' Ἀντωνίου*[3]) *καὶ Κικέρωνος καὶ ἕως Αὐγούστου, Χαλκέντερος κληθεὶς*[4]) *διὰ τὴν περὶ τὰ βιβλία ἐπιμονήν. φασὶ γὰρ αὐτὸν συγγεγραφέναι ὑπὲρ τὰ ,γφ' βιβλία.* Eadem fere refert Hesych. Miles. §. 19 vol. IV p. 161 ed. Mueller: *Δίδυμος ὁ Ἀλεξανδρεὺς διὰ τὴν πρὸς*[5]) *τὰ βιβλία ἐπιμονὴν Χαλκέντερος ἐπεκλήθη. φασὶ δὲ αὐτὸν συγγεγραφέναι ὑπὲρ τὰ τρισχίλια πεντακόσια βιβλία*: neque dissentit Eudocia p. 133, nisi quod nominum sui aevi propriorum exitu, qualia sunt *Μοσχόπουλος Ἀργυρόπουλος Ξανθόπουλος Ἀρμενόπουλος* decepta, *ταριχοπούλου υἱόν* appellat, verbaque *καὶ ἕως Αὐγούστου* omisit. Pergit Suidas: *Δίδυμος νέος Ἀλεξανδρεὺς γραμματικός, ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ, ἔγραψε πιθανά, περὶ ὀρθογραφίας*[6]) *καὶ ἄλλα πλεῖστα καὶ ἄριστα*: cui adstipulatur Macrembolitissa, recisis tamen ultimis verbis *πλεῖστα καὶ ἄριστα*, additisque *καὶ αὐτός* post *Ἀλεξανδρεύς* et *καί* post *ὃς*. In his turbata esse multa nemo non videt, quae facilius in ordinem suum adducerentur, nisi iunioris Didymi obliterata fere memoria esset. Nullum enim equidem, qui eius testimonio usus sit, scriptorem novi praeter et. Gud. 81, 43: *ἀρτηρία· Δίδυμος ὁ νεώτερός φησι ἰατρῶν παῖδες φλέβα αἵματος, ἀρτηρίαν δὲ πνεύματος ἀγγεῖον.* Cf. comment. meam de Didym. voc. interp. I Olsn. 1851 p. 12. Hoc video, sine impedimento locum lectum iri, hunc in modum si scriptus esset: *Δίδυμος, Διδύμου — ἐπιμονὴν (φασὶ γὰρ αὐτὸν συγγεγραφέναι ὑπὲρ τὰ ,γφ' βιβλία)· ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ. ἔγραψεν . . . . πιθανά, περὶ ὀρθογραφίας καὶ ἄλλα*

1) *Κωμῳδούμενοι* salsamentorum venditores fuerunt Chaerephilus Euthynes Phidippus. De salsamentis Alexandrinis conf. Athen. III p. 87. Poll. VII, 27.

2) E *ἀριστόχειρ*.

3) BE edd. ante Kuster. *Ἀντωνίνου*, deinde *Νικέρωνος*.

4) E *ἐπικληθείς*.

5) Sic. De confus. *πρός* et *περί* vid. Bast. comm. palaeogr. p. 838.

6) cod. Paris. ap. Brequingy p. 16 *γεωγραφίας*.

πλεῖστα καὶ ἄριστα. Δίδυμος ὁ νέος Ἀλεξανδρεὺς καὶ αὐτὸς γραμματικός [γεωργικὰ ἐν βιβλίοις ιε'] cuius mutationis caussam ac rationem reddidi in comment. tertia p. 1. 2. Tertium etiam et quartum Didymum Suidas novit: Δίδυμος ὁ Κλαύδιος χρηματίσας γραμματικός. περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θουκυδίδῃ. περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας, ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλέωνος καὶ ἄλλα τινά (h. v. defit Eudoc.) Δίδυμος ὁ τοῦ Ἡρακλείδου γραμματικός, ὃς διέτριψε παρὰ Νέρωνι καὶ ἐχρηματίσατο· (?) μουσικός τ' ἦν λίαν καὶ πρὸς μέλη ἐπιτήδειος. Hunc Suidae ordinem quod invertit Eudocia: ὁ τρίτος ὁ τοῦ Ἡρακλείδου ἐπὶ Νέρωνος οὐ μόνον γραμματικός, ἀλλὰ καὶ ἐς τὸ ἄκρον μουσικὸς καὶ πρὸς μέλη λίαν ἐπιτήδειος. ὁ τέταρτος ὁ καὶ Κλαύδιος ὀνομαζόμενος — Ἡρακλέωνος καὶ ἄλλα, habet, quo se commendet. Non possumus enim in eo non offendere, quod Didymus Heraclidis filius sine libris dimittitur, neque tamen hic tamquam ex formula additur βιβλία δὲ οὐκ εἶχε. Quae cum ita sint, verosimile est unum hominem verbis ὁ τέταρτος interiectis, in duo quasi corpora divulsum, neque Didymum, cui Claudio fuit cognomen, a Tiberio Claudio Caesare vel Nerone Claudio acceptum, ab Heraclidis filio distinguendum esse. Quod eo confirmatius erit, quo cui probabilior videbitur mea qualiscunque coniectura, pro ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλέωνος scribendum esse ἐπιτομὴν τῶν Ἡρα$^{κλ'δ}$λεχ, quam primus proposui in comment. IV, 2 p. 13. Heraclidis enim leschas si quis, ut mea fert opinio, breviavit Didymus, non poterat alius esse nisi Heraclide natus, Chalcenteri amantissimo. — Agmen cognominum grammaticorum apud Suidam claudit, quem Eudocia nescit: Δίδυμος Ἀλεξανδρεύς, γεωργικὰ ἐν βιβλίοις ιε'. Hic fortasse accipiendus est qui supra ὁ νέος (ὁ νεώτερος) audit et scripsisse dicitur περὶ γεωγραφίας, pro quo facilis erit restitutio γεωργίας. [ἢ γεωργικά.] De eo cf. Hecker Gesch. der Heilkund. II p. 255. C. G. Kuehn. additam. ad elench. med. vett. a Io. A. Fabricio in bibl. Gr. Vol. XIII p. 17—456 exhibitum no. XIII (1827) p. 5—6. Henschelius medicorum, qui Vratislaviae ad Via-

drum artem exercent, historiae artis inter coaevos facile peritissimus, de hoc ipso Didymo consultus haec mihi, qua est humanitate, rescripsit: '*Der Alexandriner Arzt gen. Namens gehört zu den späten landwirthschaftlichen Schriftstellern (des Romano-Graecismus), die ich zum Unterschiede von der vorchristlichen Alexandrinischen Zeit der Metalexandrinischen Epoche zuweise, die noch nicht ganz arm ist an Capacitäten, wie eben dieser, der vermuthlich ins IV. Jahrhundert fällt. Er hat ein Werk in acht Büchern geschrieben und daher Octatomus genannt: ob blos medizinischen oder zugleich naturwissenschaftlichen Inhalts wissen wir nicht; das von Aetius und Trallian von ihm citirte ist blos medizinisch. Auf die Beantwortung dieser Frage müsste die andre gegründet werden, ob der betreffende Didymos von dem in den Geopon. öfters citirten, und dann weiter wiederum von dem gleichnamigen bei Suidas verschieden sei. Im IV. Jahrhundert war aber kaum mehr eine Trennung zwischen medizinischer und landwirthschaftlich-medizinischer Literatur vorhanden. Was Aetius von dem Einen oder Andern anführt, ist medizinisch und enthält den abergläubischen Rath, einen Epileptischen dadurch aus dem Anfall zu erwecken, dass man das Blut der grossen Zehe ihm auf die Lippen streicht. Die bekannten Stellen bei Alex. Trallianus beziehen sich nach Hecker nur auf minder wichtige Gegenstände. Der in den Geoponicis Citirte beschreibt L. XIX c. 7 die Halsentzündung der Schweine und ebendas. L. XVI c. 22 die Hautübel der Kameele, könnte daher wohl derselbe mit dem in den Hippiatr. Citirten sein, wenn nicht alle diese Didymi, wie ich fast glauben möchte, Eine Person wären, die zugleich, wie im IV. Jahrhundert nicht selten, Arzt, Thierarzt, medizinischer und öconomischer Naturforscher und Landwirth war. Wie bei den aus Kühn entlehnten Stellen erhellt, behandelt auch der in den Geopon. Erwähnte medizinische sowohl als öconomisch-naturhistorische Gegenstände. Auf welchen Grund hin nun aber Kühn den Geopon. X c. 87 Citirten und den Verfasser von Georg. libb. XV wiederum von eben diesem unterscheidet, weiss ich nicht.*' Haec hactenus.

Aetatem Didymi Chalcenteri Suidas l. l his circumscripsit finibus *γεγονὼς ἐπ' Ἀντωνίου καὶ Κικέρωνος καὶ*

ἕως Αὐγούστου. Sed forte fortuna accidit, ut praeter hunc locum tribus aliis nostri commemorandi occasionem arriperet ad computandas temporum rationes utilioribus. I, 1 p. 582 Ἀπίων ὁ Πλειστονίκου — Διδύμου τοῦ μεγάλου θρεπτός. I, 2 p. 879 Ἡρακλείδης Ποντικός, ἀπὸ Ἡρακλείας τῆς Πόντου, γραμματικός, ὅστις Διδύμῳ τῷ πάνυ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων ἐφοίτησεν κτέ. I, 2 p. 998 Ἰόβας, Λιβύης καὶ Μαυρουσίας βασιλεύς — συνήκμαζε δ' αὐτῷ Δίδυμος ὁ χαλκέντερος ὁ καὶ πολλὰ γράψας κατ' αὐτοῦ. Ac Ciceroni eum supparem vixisse ut pro certo sumas facile eo induci possis, quod Ammiani Marcellini testimonio constat parturivisse cum aut, ut Plinii verbis utar, abortus fecisse adversus Ciceronis de republica libros, XXII, 16, 16: '*Inter quos eminuit Didymus multiplicis scientiae copia memorabilis, qui in illis VI libris in quibus nonnumquam imperfecte Tullium reprehendit sillographos imitatus scriptores maledicos iudicio doctorum aurium incusatur, ut immania frementem leonem putredulis vocibus*[1]) *catulus longius circumlatrans.*' Suidas s. v. Τράγκυλλος — περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας. ἀντιλέγει δὲ τῷ Διδύμῳ. Atqui Ciceronis de republica libros sex c. a. u. DCC compositos[2]) si fieri potuisse damus ut Didymus grammaticus recens emisses exagitaret, vereor ne Heraclides Ponticus, quem Suidas testis est et Alexandriae Didymum audivisse et imperatore Nerone Romae scholae praefuisse, ad incredibiles neque homini concesses annos pervenisse videatur. Neque vero Phlego nec Lucianus Heraclidem inter longaevos retulit. Accedit, quod ex Ammiani verbis grammaticum nostrum cum catulo comparantis minime efficitur, ut adulescentulus grammaticus in aetatem oratoris senescentis inciderit: denique plus quam viginti annis ante Cicero o vita decessit, quam Didymus aliquo numero esse coepisset. Eodem enim tempore hic et Iuba Mauritaniae rex fuerunt ipso Suida auctore, quamquam huius aetati illum successisse inde pa-

1) Post v. 'vocibus' sunt qui v. 'canus' inserant, Lindenbrog.: vanus.

2) Cf. ep. ad Q. fr. II 14 III 5 A. Mai praef. p. XXIII ed. Moser.

tet, quod, cum multa adversus eum scripsisse dicatur, eius quasi vestigia legisse videtur, ut haud sciam an proxime a vero sit afuturus, qui decem fere annorum inter eos discrimen esse statuerit. Itaque, quum Iubae natales incidant in a. u. 703, Didymum a. u. 713 natum esse efficitur, quod cum Suidae verbis *ἐπὶ Κικέρωνος* quam possit egregie conciliari quivis intelleget, qui quae de vocabuli *γεγονώς* apud Suidam usu observavit Ritschel. in libro Alex. Biblioth. p. 79 meminerit. Spondeo a. u. 712 (41 a. Ch.), quo Cicero luce privatus est, Didymum in lucem esse editum, h. e. novem annos post Iubam natum. Quinquagenarium igitur si nono post Chr. anno vicenarius audivit Ponticus Heraclides, hic C. Caesare Caligula Augusto II Cos. AC 39 quinquagesimum, AC 54 regno ad Neronem redeunte annum agebat sexagesimum sextum. Neque his temporum notationibus indicia reliqua non respondent: primum Claudius Didymus, qui apud Neronem vixit Heraclidis filius, tum Heraclidi cum Anterote sive Apollonio Archibii (Archebuli), Apionis discipulo, sub imperatore Claudio susceptae inimicitiae, deinde Apio Plistonices, Didymi *θρεπτός*, Tiberio, C. Caesare, Claudio imperatoribus tota circulatus Graecia, successor Theonis grammatici, aequalis vero Dionysii Halicarnassensis, quarto Trypho, Ammonii filius, nostri discipulus[1]), *γεγονὼς κατὰ τοὺς Αὐγούστου χρόνους καὶ πρότερον*, quinto Aristonicus[2]) Strabonis aequalis in libris suis *περὶ σημείων* compositis Didymi de diorthosi Homeri Aristarchea opere saepissime usus (citat eum *Θ* 535. *O* 86), denique Theo, nisi coniectura fallit, Didymi in lexicis condendis tragico comicoque operis consors[3]), Apionis in Museo Alexandrino antecessor. Atque de Apionis et nostri coniunctione ne in erro-

1) Vid. Lehrs. de Arist. stud. Hom. p. 341. — Velsen. de Tryphon. p. 2.

2) Lehrs. l. l. p. 5. Mützell. de emend. Theog. Hesiod. p. 288. Bernhardy Grundr. der gr. Liter. Gesch. II p. 114. Th. Beccard. de scholl. Venet. p. 11—26. Wold. Ribbeck. de Zenod. quaest. p. 13. qui non debebat Bernhardyum castigare.

3) Cf. nostram de *λεξ. κωμ.* commentat. s. f.

rem inducamur providendum est. Neque enim ille μαθητής vel γνώριμος erat Chalcentori, sed distinctius audit θρεπτός, alumnus, uti Epaphroditum Archiae grammatici θρεπτόν appellat Suidas. Quae vero vocabuli θρεπτός ad ius pertinentis sit significatio docebit Plinius ep. ad Traian. 71 (Ritterh. 66), per quam iudicium quaerit imperatoris 'super iis, qui liberi nati fuerunt expositi deinde a quibusdam sublati in servitute educati.' Cf. Iac. Gothofr. ad tit. Theod. Cod. de infant. expos. (5, 7) de his qui sanguinol. emptos vel nutriendos acc. (5, 8) Fabrett. Inser. p. 549—551. Valcken. Ammon. animadv. p. 172 sq. I. B. de Staud (praes. F. Gottl. Struvio) de iure alumnorum Ien. 1716. Zimmern Geschichte des röm. Privatr. §. 142 (§. 182). Erat igitur Apio in eadem conditione, qua C. Melissus Spoleti natus, ingenuus, sed ob discordiam parentum expositus, qui cura et industria educatoris sui altiora studia percepit ac Maecenati pro grammatico munere datus est, teste Sueton. de ill. gramm. §. 21. Quodsi educator Apionis expositi Didymus erat, fieri poterat ut hic iuvenis infantem tolleret. Itaque Apio si Claudio imperium tenente fere sexagenarius mortuus est, inclaruit fortasse annum agens quintum et vigesimum Tiberio ad regnum perveniente, ut c. a. u. 742 a Didymo triennario sublatus sit. — Scriptores librorum fecundissimos enumerat Ritschl. l. l. p. 560. E Graecis Alexandrum Milesium polyhistorem Suidas atque Eudocia p. 62 referunt plures numero scripsisse libros, quam sive veritatis superlationem sive sermonis exsuperantiam convincit, quod, qui ante hos decem annos de Alexandri vita scriptisque breviculam scripsit commentationem, Iosephus Rauch. (Heidelb. 1843. 8°) plusquam XXVI librorum inscriptiones reperire non potuit. Quingentos vero et tria milia[1]) librorum noster composuit, fidem faciente Athenaeo IV p. 139 C; supra quam Athenaeus affirmat numerum fert Suidas Δίδυμος. Χαλκέντερος. Eudocia ll. cc. Quattuor denique milia

1) Ex A. Mai Class. auct. T. V p. 128 Gregorium quendam cognovimus, Graecis studiis valde deditum, qui 3000 libros de Graecis historiis edidit.

eum perfecisse Seneca auctor est in epist. LXXXVIII. Qua in computatione per se patet non opera absoluta sed singula volumina comprehensa esse. Ritschl. Alex. Bibl. p. 133 sq. Simul ex eadem librorum foecunditate facilem explicatum habet Athenaei narratio IV p. 139 C et Quintiliani I, 8, 19, accidisse per oblivionem Didymo, ob id ipsum a Demetrio Troezenio βιβλιολάθας appellato, ut cum historiae cuidam tamquam vanae repugnaret, ipsius proferretur liber, qui eam contineret[1]).

Honoratissima vero multiplicis eius doctrinae mentio, qui ab adsiduitate et perpessione laboris, ut Lipsii verbis utar, χαλκέντερος, ferreis visceribus (Sitzefleisch), et ὁ πονηρός (Fabric. Bibl. Gr. II p. 455) dicebatur, exstat ap. Ammian. Marcell. XXII, 16, 16: 'Inter quos Chalcenterus eminuit Didymus multiplicis scientiae copia memorabilis.' Macrob. Saturn. V, 18 (p. 548 Zeun.): 'grammaticorum facile eruditissimus' V, 22 p. 576 Z: 'grammaticorum omnium quique sint quique fuerint instructissimus.' Hieronymum et Rufinum Didymi laudatores disputantes supra exaudivimus, iteratos ab Isidoro Hispalensi episcopo in Orig. VI c. 7 vol. III p. 193 Lindem., q. l. eod. Arev. Chalceniterus, Gudd. 2, 3 pr. va: Calciterus, Goth. v. l. Cassiterius exhibet pro eo quod legebatur: Caliterus.

Verum tamen quod plerumque evenire solet, ut meritissimis quibusque hominibus malignissimi non desint obtrectatores, idem Didymus quoque expertus est, cuius gloriam diurna nocturnaque circa literas industria partam exagitatorum invidia Timaeorumque malignitas et torvis oculis intueretur et mordaci dente circumroderet. Quod quidem e Suid. II 70[2]) Ἡρακλείδης Ποντικός dilucidius etiam pateret, nisi hic ipse locus pro dolor foedissimis vulneribus putreret, quibus diversis rationibus mederi conati sunt Westermannus in biogr. gr. min. p. 369 Meinekius anall.

1) Cf. Comment. Didym. IV, 1 p. 8. Olsn. 1852.

2) Hunc locum fugiente oculo inspexisse videtur Wower Polymath. XI §. 21.

Alex. p. 378 Borgkius diar. antiq. Marburg. a. 1845 p. 125. At, quidquid attigeris, uleus est. Hoc unum Meinekio cum Bergkio convenit, quod docti illius, qui Didymum lacessiuit, grammatici nomen, qualo quidem Suidas l. c. exhibet, uterquo tutatur. Ceterum Bergkius Meinekio etiam ulterius progreditur. Hic enim dum formam nominis Ἄπερος adiecto Boeckh. C. I. n. 1099 a vanis quibusdam dubitationibus vindicasso satis habet, aliunde se nihil quidquam de Apro grammatico, Aristarchi discipulo, compertum habere ingenue confitetur: illo verbosa quadam argumentatione, alienissima componendo, quasi quadam iuenodabili rationum improbabilium plaga se irretit, sperans scilicet, nulli non sese porsuasurum, Aprum vel Asperum intellegendum esse Claudii Neronisque aequalem (O. Jahn. prol. Pers. p. CXLV) Aristarcheam quidem disciplinam professum, liborioro tamen iudicio usum, quam qui, ut aiunt, 'ullius addictus iuraro in verba magistri' vollet. Hunc igitur Didymo fasces submittero noluisse, sed maledictis quasi ad pugnam quandam in literarum arena dirimendam provocasse. Ab his generi soceriquo doctissimorum sententiis discedens Westermannus probabilius statuit e Suidae mss. librorum vestigiis (Ἄπερως *ABE* ἄπερ ως* *V*), e nomine illo Bornhardyo iure suspecto vix aliud quidquam elici posse, quam Ἀντέρωτος[1]) coll. Suid. s. u. Ἀντέρως ὁ καὶ Ἀπολλώνιος. Ac profecto, si accuratius etiam hoc perpenderis, quod Suid. addit, Anterotem illum Heraclidi Pontico supparem vixisse, non possumus non in suspicionem eam incidero, consilio id factum esse. Neque enim, quod Apionis assectam, quo nomine Suidas Anterotem perstringit, adeo inflatum insolentemquo hominem fuisse audimus, ut ex sugillando exagitandoque voluptatem caperet spectatosque in literis viros, qualis quidem apprime fuit Didymus, naso suspenderet aduneo, — ne illud quidem, inquam, habet, in quo magnopero offendas. Itaque eo inclinat iudicium, ut Westermanni coniecturam fere palma-

1) De nomine Ἀντέρως cf. Edm. Barker epist. crit. Arcad. adnex. p. 212—214.

riam habeam, donec meliora edoctus fuero. Restat scrupulus verbum illud καταφανείς in Suid. l. c., quod vix sanum est. Bergkius καταχανών vel κακοφρονῶν proposuit. At si quid video, alia quaedam sententia Suidae verbis exprimebatur. Suspicor scriptum fuisse καϑ̄ ἀφανισ̄ h. e. κακῶς ἀφανισϑέντος (ἀφανοῦς, ἀφάντου γενομένου) 'turpiter de gradu deiecto,' nisi mavis καταγωνισϑέντος coll. schol. Ap. Rh. I 1165. In hunc igitur invectus Heraclides, tum ut praeceptoris famam ab obtrectatore defenderet, tum ut malevoli adversarii simulatam doctrinam parum validis pedibus incedentem supplantaret, obscuros illos λεσχῶν libros famigeratissimos, rerum arduarum plenos composuit, de quibus quod sciam omnia veterum testimonia collegit Meinekius anall. Alex. p. 378. Qui libri, cum pleni fuerint ἱστοριῶν ἀτρίπτων καὶ ξένων, non absone fortasse coniecceris Anterotem imprimis contra Didymi ξένην ἱστορίαν, cuius Georgius Syncellus meminit p. 161 D 162 A = p. 305, 1 306, 2 ed. Bonn. linguae protervitatem exercuisse. In aliam sententiam discedit Bergkius l. c. qui Aemilii Asperi (de quo v. Ferd. Hauthal. in Mus. Rh. 1847 V p. 521) in Vergilium commentarios ab Heraclide impugnatos esse statuit: coll. Laur. Lyd. de magg. I 7 (Verg. Aen. VII 169) et. Gud. p. 297, 50 Κάνωβος (Serv. in Verg. Aen. XI 263 Georg. IV 287). — De Aspero hoc cfr. Em. Teuberi diss. de Mauri Servi Honorati comm. part. I p. 45 sq. Vrat. 1843. Idem Heraclides filio suo in praeceptoris honorem Didymi nomen imposuisse videtur e coniectura Bernhardyi haut improbabili. vid. Grundr. der Griech. Liter. Gesch. II 1043. Bergkius omnia miscet.

Eiusdem quo Didymus temporis etiam Iuba rex fuit litteratissimus, quocum nuperrime studio atque industria A. Goerlitzi Vratislaviensis artiorem familiaritatem contraximus (diss. inaug. de Iubae regis Mauritaniae vita et scriptis 1848), qui vellem integram fragmentorum collectionem nobis non invidisset. Huic aemulatum esse Didymum Suidas auctor est s. v. Ἰόβας: συνήκμαζε δ' αὐτῷ Δίδυμος ὁ καὶ πολλὰ γράψας κατ' αὐτοῦ. Qua in re satis mirari

nequeo Goerlitzium l. c. p. 15 Suidae ut diffidat fere, quam ut fidem habeat, propensiorem esse. Extemplo enim mihi cum hunc in locum incidissem primum in mentem venerunt utriusque libri *περὶ φθορᾶς λέξεως*, deinde conclamatus Athenaei XIV 634 E locus, ubi, ni fallor, probabili coniectura pro *ἐν ταῖς πρὸς Ἴωνα ἀντεξηγήσεσι* restitui *ἐν ταῖς πρὸς Ἰώβαν ἀντεξηγήσεσι* in Schneidewini Philolog. VII, fasc. 4 p. 750; denique non me fugit, quotiens praeterea Iubae libri *θεατρικῆς ἱστορίας*, *ὁμοιότητες* (Müller histor. Gr. III p. 481 fr. 73—91), ac si quas grammaticae Latinae partes Afer iste Varro tractavit, Didymo ansam praebere potuissent, ut adversarii partes ageret. Certe Iuba Hesychii scholiorumque Aristophaneorum haud scio an uni Didymo debeatur. Itaque missam facio Sevini sententiam qui in Memoir. de l'Acad. des inscr. vol. IV p. 463 coniecit, Didymum in operibus, quae ad historiam naturalem pertinerent, Iubae multa opposuisse et Plinio ea suppeditasse, quae hic parum fide digna a Iuba tradita commemoraret, missam etiam Vossii opinionem, qui historica ea fuisse suspicatur, quae contra Iubam scripsisse dicatur. Goerlitzium in errorem induxit hoc, quod Didymi fragmenta (nimirum praeter Didymi opuscula a Fr. Rittero edita Colon. 1845 et Lehrsii commentationem de Aristarcho I c. 2 §. 1 nihil cognitum habebat) Iubae fragmentis nihil contrarium continere sibi persuasit.

Atque haec de adversariis nostri dicta sufficiant. — Quos ad annos idem vitam produxerit, ubique supremum diem obierit, non constat.

Iam vero, antequam de voluminibus a Didymo compositis speciatim dicam, conspectum librorum titulorumque praefigam, ad eum ordinem dispositum, quem ipse, in quantum potuit, in fragmentis tractandis secutus sum.

I. *Λέξεις.*

1) *Περὶ διεφθορυῖας λέξεως.*
2) *Περὶ ἀπορουμένης λέξεως.*
3) *Λέξις τροπική.*
4) *Λέξεις Ἱπποκράτους.*

5) *Λέξις κωμική.*
6) *Λέξις τραγική* sive *λέξις τραγῳδουμένη.*

II. Commentarii poetarumque recensiones.

1) *Περὶ τῆς Ἀριστάρχειου διορθώσεως.*
a. *Ἰλιάδος.*
b. *Ὀδυσσείας.*
2) *Ὑπομνήματα εἰς Ἰλιάδα.*
3) *Ὑπομνήματα εἰς Ὀδύσσειαν.*
4) *Ὑπόμνημα εἰς Ἡσίοδον.*
5) *Ὑπόμνημα εἰς Πίνδαρον.*
6) *Ὑπόμνημα Βακχυλίδου ἐπινικίων.*
7) *Ὑπόμνημα εἰς Αἰσχύλον.* (?)
8) *Ὑπόμνημα εἰς Σοφοκλέα.*
9) *Ὑπόμνημα εἰς Εὐριπίδην.*
10) *Ὑπόμνημα εἰς Ἴωνα.*
11) *Αἱ πρὸς Ἰώβαν ἀντεξηγήσεις.*
12) *Ὑπομνήματα εἰς Κρατῖνον.*
13) *Ὑπομνήματα εἰς Εὔπολιν.*
14) *Ὑπομνήματα εἰς Ἀριστοφάνη.*
15) *Ὑπομνήματα εἰς Μένανδρον.*
16) *Φρυνίχου Κρόνου ἐξηγητικόν.*
17) *Ἀχαιοῦ ἐξηγητικόν.* (?)
18) *Ῥητορικὰ ὑπομνήματα.*
19) *Ὑπομνήματα εἰς Δημοσθένην.*
a. *Φιλιππικῶν.*
b. *ὑπὲρ Κτησιφῶντος.*
c. *κατ' Αἰσχίνου.*
d. *κατὰ Μειδίου.*
e. *κατ' Ἀριστοκράτους.*
f. *κατ' Ἀριστογείτονος.*
g. *πρὸς Τιμόθεον.*
h. *πρὸς Νικόστρατον.*
i. *πρὸς Εὐβουλίδην.*
k. *κατὰ Νεαίρας.*
l. *περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου.*
m. *κατ' Ὀνήτορος.*
20) *Ὑπομνήματα εἰς Αἰσχίνην.*
*κατὰ Κτησιφῶντος.*

21) *Ὑπόμνημα εἰς Ὑπερείδην.*
a. *κατὰ Δημάδου.*
b. *πρὸς Ἀπελλαῖον.*
22) *Ὑπόμνημα εἰς Ἰσαῖον.*
23) *Ὑπόμνημα εἰς Ἰσοκράτην.* (?)
24) *Ὑπόμνημα εἰς Δείναρχον.* (?)
25) *Περὶ τοῦ δεκατεῦσαι βιβλίον.*
26) *Περὶ Ἀντιφῶντος.* (?)
27) *Θουκυδίδου βίος.*

III. Opuscula grammatica.
1) *Περὶ ὀρθογραφίας.*
2) *Περὶ παθῶν.*
3) De latinitate sive *περὶ Ῥωμαϊκῆς ἀναλογίας.*
4) *Πιθανά.*
[5) *Περὶ γεωγραφίας.* (??)
a. *περὶ Καβασσοῦ βιβλίον.*
b. *δήμων ἀναγραφή.*]

IV. Opuscula historiam fabularem, antiquitates, literarum historiam spectantia.
1) *Ξένη ἱστορία.*
2) *Μεταμορφώσεις.* (?)
3) *Συμποσιακά.*
4) *Σύμμικτα.*
5) De Aeneae morte vera.
6) De patria Homeri.
7) Libidinosior Anacreo an ebriosior vixerit?
8) Sappho an publica fuerit?
9) *Περὶ ποιητῶν.*
*Περὶ λυρικῶν ποιητῶν.*
10) *Περὶ παροιμιῶν.*
11) *Περὶ τῶν ἀξόνων τῶν Σόλωνος ἀντιγραφὴ πρὸς Ἀσκληπιάδην.*
12) Adversus Ciceronis de republica libros sex.
13) De lignorum mensuris et marmoribus.
[14) *Περὶ Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας* cf. IV, 3.]

V. Dubiae sedis fragmenta.

Habes igitur LIV operum titulos, quorum pars minima ita est comparata, ut librorum, quos dicunt, singularium (monographiarum) inscriptiones eas fuisse conicias (II, 11. IV, 5. 6. 7. 8. 11). Sunt quidem praeter hos libros vere singulares nonnulli etiam artioris ambitus, qui quidem citari quasi monographiae videntur, sed quae potius spatiosiores maioris voluminis partes habendae sunt, in tantam amplitudinem extentae, ut iusti fere libri ambitum explere possint (II, 25. III, 5 a). Cf. comment. III p. 12.

---

# I.

# ΔΙΔΥΜΟΥ ΛΕΞΕΙΣ.

## 1.

### *Διεφθορυῖα λέξις.*

De argumento huius operis post Laurentium Lersehium in Sprachph. I p. 75 et A. Graefenhanium in Gesch. der class. Philol. p. 502 (cf. Th. Beccard. de scholl. Hom. Ven. p. 32) novissime dixit A. Nauckius de Arist. Byz. p. 164, 1 cuius verba transcripsisse iuvabit: 'Ceterum Didymi libellum contra Iubae operam directum fuisse haud scio an colligi possit ex Suida v. *Ἰόβας κτέ.*' In eo tamen falsus est Nauckius ceteroquin doctissimus, quod Iubam Didymumque in his voluminibus *σκωπτικὰς λαλιάς* tractasse statuit. *Λέξις* enim *παρεφθορυῖα* sive *διεφθορυῖα* quae fuerit abunde patet e solemni grammaticorum loquendi usu[1]) Diod. Sic. I p. 355 Wessel.: *Κιμμερίους τούτους εἶναι βραχὺ τοῦ χρόνου τὴν λέξιν φθείραντος ἐν τῇ τῶν καλουμένων Κίμβρων προσηγορίᾳ* coll. Plut. Mar. p. 411 F Posidon. ap. Strab. VII 450 C.

Primum corrupisse nomina nonnulla Hesiodum Posidonio Apolloniatae asserenti fidem habet male credulus Ioannes Tzetzes exeg. in Iliad. 4, 10 ed. Herm. *Ποσειδώνιος ὁ Ἀπολλωνιάτης ὁ τῷ Ἡσιόδῳ μέμψιν ἐπάγων ὡς*

1) Hunc ipse illustravi in Philolog. III p. 342—344 N. 22 Nauckioque persuasi. Sed subitariis istis collectaneis et emendatiora et auctiora sunt ea, quae supra scripsi. Consulto delevi locorum par, Phot. praef. lex. p. 5 (= 3, 8) schol. Theocr. p. 964 Kiessl.

παραφθείραντί τινας τῶν λέξεων, τὸν Ὀϊλέα Ἰλέα εἰπόντι τὸν νήδυμον ἥδυμον καὶ ἄλλα ἄττα τοιαῦτα. coll. Tzetz. l. c. p. 19 3. Sed ipsa voce παραφθείρειν grammaticorum quos novimus primus usus est Aristophanes Byzantius, hunc nisi parentem comminiscitur doctissimum scholium R N ad Eur. Tro. 89 p. 9 Kampm. = p. 52 ed. Witzsch.: χρόνου δὲ προϊόντος Καφηρεὺς ἐκλήθη (sc. Καθηρεύς) παραφθειράντων τῶν ἐνοικούντων τὴν λέξιν. Sequuti sunt Didymus et Iuba rex; deinde scholii in Apollonium II 709 auctor II p. 184 ed. Schaef.: διὸ καὶ Λαρνασσὸς πρότερον ἐκαλεῖτο. ὕστερον δὲ κατὰ παραφθορὰν τῶν στοιχείων ἐκλήθη Παρνασσός, coll. Steph. Byz. 225, 15 West. = 506, 10 Meinek. et. m. 655 6, sive is Theo fuit sive Lucius Tarrhaeus; Hermogenes ap. Walz. rhett. Gr. III 404 τὰ ἁμαρτήματα κατὰ τὴν λέξιν κατὰ δύο τρόπους γίνεται, ἀκύρίαν καὶ παραφθοράν — οἷον ὃ καλοῦσι διάζωμα ἐάν τις εἴπῃ διαζώστραν. ἢ τὸ αἱμωδεῖν ἁμωδεῖν καὶ τὰ τοιαῦτα. Hinc Eustath. ad Dionys. Perieg. 140 κατὰ τὴν παρὰ τοῖς ῥήτορσι inquit λεγομένην παραφθοράν. Phrynichus Arabs passim παραφθ. passim διαφθ. usurpavit, illud in app. soph. ap. Bekk. anecd. Gr. I 150, 31 s. v. λαθαργὸς κύων, hoc l. c. 67, 15: Ἴρισχος ὃ διαφθείροντες οἱ ἰδιῶται βρίσχον καλοῦσιν cf. Lob. Aglaoph. 876 et in epit. p. 398 ed. Lob.: Σκνιφός κατὰ διαφθορὰν οἱ πολλοὶ λέγουσι τὸν γλισχρόν κτέ. Adde p. 300 σίλφη p. 311 πρῶτως. Nec non Artemidorus Daldianus de somn. II. c. 3 per διαφθορὰν Τήβεννον a Temeno factum esse censet. vid. Reisk. ad Dion. Hal. AR. I p. 569. Reiff. ad Artemid. II p. 312. O. Mueller Etrusk. I p. 26, 2. Zenobius porro haud dubie is qui Apollonii Dyscoli ῥηματικόν in brevius contraxit ap. et m. 712, 43 Nicandrum forma ἐπιλίζοντας ὀϊστούς usum vituperat, quod τοῦ λίγξε τὸ θέμα θελήσας εἰπεῖν ἔφθειρε τὴν τοῦ ἤχου μίμησιν. Saepissime numero Stephanus Byzantius vv. παραφθείρειν κατὰ παραφθορὰν παρεφθαρμένως utitur: 4, 18 Meinek. decessorem secutus Sophoclem iuniorem, Apoll. Rhod. I 932 interpretem; 143, 18 M. (64, 21 W.) coll. et. m. 167, 10; 236, M. (105, 30 W.) 180, 22 (81, 3) 217, 17 (97)

390, 9 (172, 33) 439, 7 (194, 25) 592, 11 (263, 25) unde ap. schol. Lucian. IV p. 149 Jacbz. pro *δοκεῖ δέ μοι καὶ τὸ ἐν συνηθείᾳ κοττίζειν*[1]) *ἀπὸ τούτου* (*τοῦ κοτταβίζειν*) *βαρβαρικῶς* (sic Marc. exc. G; *βάρβαρον* editor) *καὶ παρα-* (sic V; Jebz. cum C *παρακεκομμένως*) *εἰρῆσθαι* aut *κατὰ παραφθορὰν* aut *καὶ παρεφθαρμένως* praeoptaverim. Vin etiam plura exempla e recentioribus grammaticis petita? en tibi primum in rem nostram citabo testem praetextatum Ioannem Laurentium Lydum de magg. I 8 p. 127 Bekk. *καλοῦσι δὲ αὐτὰς οἱ μὲν Ῥωμαῖοι ἰούβας, οἱ δὲ βάρβαροι τούφας βραχύ τι παραφθαρείσης τῆς λέξεως*: quo loco cave ne abutare, emendatione egere suspicans eundem Lydum de menss. p. 84, ubi *παρατραπείσης* eodem quo *παραφθ.* sensu usurpatum offendit: cf. de magg. II 4 p. 169 II 6 p. 171. Plusquam semel etiam Gregorius Corinthius hanc vocem adhibuit ap. Walz. rhett. Gr. VII 2 p. 1134[2]), 1136, 1137, 1138, unde opportune edocemur inter *παραφθοράν* et *βαρβαρισμόν* distinctum esse. Ab eodem Gregorio fortasse profectum est vile scholium ad Dionys. Thrac. *τεχν. παραγγελμ.* II 943, 2 *τὸ οὕτω παραφθορὰ τοῦ οὕτως.* Simplici *φθορά*, exemplo a Iuba et Zenobio sumpto, unus e sequioribus grammaticis usus est et. Gud. 268, 50 *Ἴβυξ — ὅθεν γέγονε τὸ ἴβυκος, ἔνθεν ἐγένετο τὸ ἰβυκινίσαι, ὅπερ κατὰ φθορὰν γίγνεται βουκινίσαι.* Hinc in et. m. 464, 45 pro *κατὰ μεταφορὰν* reponendum esse *κατὰ παραφθορὰν* opinanti Schneidewino Ibyc. fr. p. 3 inprudentius adsentatus

1) De cottabo Suidae testimonium citat Stephanus in Arist. rhet. ap. Cram. A. P. I 272 (cod. 1869 *σοῦ*, 1957 *ἢ σουίδα*), cuius aetatem C. A. Brandisius in Philol. IV 1 p. 39 saeculum XI p. C. non superare e schol. ad Arist. p. 1373, 25 evicit. Decimo igitur saeculo, non, ut vulgo creditur, undecimo vixit Suidas, quem praeter Eudemum rhetorem, Helladium cett. Hesychii etiam Milesii *ὀνοματολόγον* (non dico suppositicium Menrsii, sed genuinum deperditum) compilasse, id quod dudum suspicatus eram, constat nunc ex anonymi exce. in cod. Teller. nunc Paris. 2677 ap. Cram. A. P. I p. 11. — Eudemo Argivo rhetore uti licuit etiam Io. Sicel. Dox. ap. Walz. rhett. Gr. VI 384, 12 (de v. *παρίας* [sic] *ὄφεις*).

2) 1133, 12 lege: *ἐκούφισθεν δὲ τιθῆναι* pro *ἐκουφίσθησαν* et 1133, 14: *καὶ 'ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος Ἀργείων νεκροῖς.'*

sum in Philol. III p. 343. Leviorem enim medelam sufficere *κατὰ μεταφθορὰν* et in et. m. l. l. et in Bekk. anecdd. I 435, 17 postea intellexi e Constant. Porphyr. de adm. imp. c. XXIX t. III 136 ed. Bonn. *ἡ δὲ κοινὴ συνήθεια ἡ πολλάκις μεταφθείρουσα τὰ ὀνόματα τῇ ἐναλλαγῇ τῶν γραμμάτων.* Vulgarem loquendi usum sequitur Tzetzes ad Lycoph. 433 II 604 M. *οἱ δὲ ἰδιῶται κατὰ ἰδιωτισμὸν παραφθορὰν τοῦ ὀνόματος ἐποίησαν (το?) ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν Ἥας Βοιώτιος ὑς Βοιώτιος* et Philem. 162 Osann. Phavor. 1744, 36 *Τέρετρον τὸ τρύπανον, ὃ δέλετρον καὶ τέλετρον Ἀσιανή τις γλῶσσά φησι παραφθείρουσα* (Villois. *διαφθ.*) Eustath. Odyss. 1550, 25 *ὑπερτερία — βερτέρην κατὰ παραφθοράν.* Evolvas etiam Athen. III 90 A. Philostr. V. S. II 7 p. 553 ed. Olear. = 238, 14 Kays. Apulei. min. de orthogr. p. 94 Osann. Eustath. 956, 5 *ζύγαστρον.* Denique cf. quae infra disputabimus de Harpocr. 180, 26. Phot. 640, 3. 8. Eustath. Odyss. 1935, 16. Idem quod *παραφθ.* est *μεταλλοιοῦσθαι* ap. Steph. 15, 22 W. *παραγραμματίζεσθαι* ap. Const. Porph. p. 64 ed. Bonn. Eustath. l. c. — Aliquammulta vocabula, quae occulto nominis indicio recens aetas corrupit, congeri e Dion. Halic. possunt AR. I 31 p. 83 Rsk. 129. I 35 p. 90. *Οὐϊταλίαν. μεταπεσεῖν δὲ ἀνὰ χρόνον τὴν ὀνομασίαν εἰς τὸ νῦν σχῆμα οὐδὲν θαυμαστόν, ἐπεὶ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν πολλὰ τὸ παραπλήσιον πέπονθεν ὀνομάτων.* Forsitan igitur Didymi '*de corruptis vocibus*' opusculum pars fuerit amplioris de passionibus (*περὶ παθῶν*) voluminis. — Dion. Halic. II p. 251 Rsk. — Alius ordinis sunt *πρωτότυποι διχογραφούμενοι τῶν ἐθνικῶν*, quae libri ab Oro Milesio compositi est inscriptio (cf. F. Ritschel. de Oro p. 59) et *μετονομασίαι* Nicanoris. Exemplo sint *Δώριον* et *Δώτιον* ap. Steph. Byz. 258, 2, 3 Meinek. (114, 37 W.) Asclep. Myrl. schol. Theocr. I 118 p. 844 Kiessl. Steph. 72, 12. 81, 13. 83, 18. 90, 35. 95, 9. 101, 2. 121, 6. 163, 36. 226, 37. 288, 2 W. Quinct. I. O. I 5, 13. Latinorum grammaticorum loquendi usum cognosces ex Varron. LL. IV p. 4 *vetustas panca nomina depravat multa tollit.* Quinctil. I. O. I 1, 13 *hinc enim accidunt et oris plurima vitia in peregrinum so-*

*num corrupti et sermonis* coll. I 6, 44. 45. Serv. Verg. Aen. XI 265 *eosque initio Nisammones postea corrupte Nasamones appellatos.* Macrob. Sat. VI 9: *Ergo bidennes primum dictae sunt, quasi biennes et longo usu loquendi corrupta est vox in bidentes.* Symmach. epp. I 1 p. 14 ed. Parei *Inde recens aetas corrupta Boalia Baulos nuncupat; occulto nominis indicio.* Quaeeumque vocabula igitur aut longus loquendi usus aut barbari in peregrinum sonum corruperant aut imperitorum rudiumque hominum inseitia depravaverat, aut denique vulgus prout aliud veriloquium sequebatur aliter pronunciabat, hae *παρεφθορυῖαι λέξεις* nuneupabantur. Huc e graeeis refero etiam *ἀποσκορακίζειν* (*ἐς κόρακας*) coll. Bergl. ad Aleiphr. I p. 234 W., *θράττειν* (pro *ταράττειν*); e latinis: *cumalter sodes ilicet ilico scilicet sis clam eccere edepol ennam eapse suopte cuncti macte mihipte nepus nudiustertius prox mediusfidius;* Turcomannorum *Istambul;* e germanis: *bischof* (*ἐπίσκοπος*) *kirche kirsche butte* (*βύθος πίθος*) *schoppen* (ascopa *ἀσκοπιθύνη*) *zopf* (*τοῦφα*) *gaukler* (ioculator) *priameln* (praeambulari cf. Herder. opp. XX p. 213) *sammet* (*ἑξάμιτον*) *talisman* (*τετελεσμένον* coll. R. Unger. Theb. parad. p. 202. 380 Mullach. in Muetzell. Ztsehr. f. Gymn. VI p. 649. 1852) *gurke* (*ἀγγούριον*). Vid. etiam C. T. Anton. in diss. de ling. gr. ad usum litt. latinae praef. p. 20 (Gorlic. 1850. 4).

## Fragmenta.

### 1.

Athen. IX 368 B *Καὶ παρὰ τῷ τὸν Χείρωνα δὲ πεποιηκότι τὸν εἰς Φερεκράτην ἀναφερόμενον ἐπὶ ἡδύσματος ἡ παροψὶς κεῖται, καὶ οὐχ, ὡς Δίδυμος ἐν τῷ περὶ παρεφθορυίας λέξεως, ἐπὶ τοῦ ἀγγείου· φησὶ γὰρ*

*Νὴ τὸν Δί', . . . ὥσπερ αἱ παροψίδες*
*τὴν αἰτίαν ἔχουσ' ἀπὸ τῶν ἡδυσμάτων,*
*οὓς ὁ καλὸς οὗτος ἀξιοῖ τοῦ μηδενός.*

Hesych. *παροψίς· ὀξυβάφιον ἢ ἐμβάφιον.*

### 2.

Schol. Ar. Avv. 768 (769) *Ἐκπερδικίσαι* | *Δίδυμος ἐν τῷ περὶ διεφθορυίας λέξεως οὕτως· ἐπὰν ἴδῃ τὸν θη-*

ρευτὴν ἡ πέρδιξ προκυλινδεῖται αὐτοῦ, ἐπισπωμένη πρὸς ἑαυτήν. ὡς δὲ γίνεται περὶ τὸ ἀγρεῦσαι αὐτήν, οἱ νεοσσοὶ φεύγουσιν, εἶτα καὶ αὐτὴ διαδρᾶσα, ὕστερον αὐτοὺς συνάγει.

Hesych. ἐκπερδικῆσαι (Palmer. ἐκπερδικίσαι)· τὸ διολισθῆναι καὶ διαδρᾶναι ἀπὸ τῶν περδίκων μεταφορικῶς. πανοῦργον γὰρ τὸ ζῶον καὶ διαδιδράσκον τοὺς θηρῶντας. Cf. Aelian. h. a. III 16. Abr. Gronov. animadv. ad h. l. p. 1005.

3.

Schol. Ar. Plut. 388. cf. indd.

## 2.

### Ἀπορουμένης λέξεως libri VII.

1.

Testis est unus Harpocr. 54, 25 Δερμηστής· Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Εὐπείθην. Δίδυμος μὲν ἀποδίδωσι τὸν σκώληκα οὕτω λέγεσθαι τῷ Σοφοκλεῖ ἐν Νιόβῃ ἐν ζ τῆς ἀπορουμένης λέξεως. Ἀρίσταρχος δὲ τὸ Σοφόκλειον ἐξηγούμενος τὸν ὄφιν ἀπέδωκε. μήποτε δὲ μᾶλλον ἂν εἴη ὅστις τὰ δέρματα ἐσθίει δερμηστής, ὡς ὑποσημαίνεται καὶ ἐν ς Μιλησιακῶν Ἀριστείδου: — Hesych. δερμηστής· ὁ σκώληξ ἢ ὁ σκὺς (Palmer. 'vel σὴς leg. vel κίς') ὁ τὰ δέρματα ἐσθίων. Ἀρίσταρχος ὄψεως ὄφιν.

H. l. ὄψεως delendum est, e sequentibus Δέρξιος ὄψεως perperam iteratum, nisi duce lex. Seguer. in Bekk. anecdd. I 240, 15 extrema Hesychii verba hunc in modum corrigere mavis ὄφεως εἶδος ἢ ὄφιν. 'Harpocrationem', ut cum F. V. Fritzschio loquar (in epistula de Sophoclis Niobe ad Burmeisterum data p. 43) 'minime perceptum compilarunt Suid. s. v. et et. m. 257 (233), 36 Λυσίας μὲν τὸν σκώληκά φησιν οὕτω λέγεσθαι, Ἀρ. δὲ τὸν ὄφιν. εἴη δ' ἂν μᾶλλον ὁ τὰ δέρματα ἐσθίων. ἐκ τοῦ ἔδω.' Cum Suidae verbis, quae in fine addidit — ἐτυμώτερον οὕτω καλούμενος facit etiam cod. mscr. Harpocr. Palat. 375 E omnium antiquissimus, nisi quod ἑτοιμώτερον proclivi librarii lapsu exhibet. Idem scripsit δερμαιστής. voluitne δερματιστής h. e. δερματηστής, ut est in cod. Darmst. (N)? Ac grammaticus ille ab

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Aristarcho Didymoque dissentiens, qui fieri potuerit, ut vocem δερμηστής significari tineam statueret, in propatulo est. Nimirum verilòquium originationemque ἀποροῦμένης illius λέξεως aucupanti cum memoria ipsi vocabulum eadem nota signatum ὠμηστής suppeditaret, quod quidem grammaticorum fere omnium consensu e vocibus ὠμός et ἔδω compositum esse legeret, ipsum quoque quaesitum illud δερμηστής eiusdem fabricae esse facillime sibi persuasit. Atque habet profecto ista derivandi ratio quibus se tueatur quamvis paucissima nonnulla tamen haud imparilia exempla. Ut enim missum faciam tritum illud, de quo diximus, ὠμηστής, quode videsis et. m. 822 (745), Herodian. pros. Il. Λ 454 X 67 p. 266 ed. Lehrs. Lehrs. Arist. stud. p. 311, anonymi sententiae favent primum ἀλφηστής, quode nuperrime acutissime atque erudite ut solet C. F. Hermannus edisseruit in Philol. II 3 p. 428—40 437, tum quod idem in testimonium evocavit vocabulum νήστης (Herodian. epim. cod. Par. 2630 in Bekk. anecdd. III 1402 A. Wettin Herodian. p. 29 Schneidew. Simon. p. 128), denique βρωμηστής et. m. 215, 58 (χορτοφάγος Piers. Moer. p. 98 B). Quod si verum vidit anonymus, eorum eodd. auctoritatem, qui δερμιστής exhibent, inferiorem esse habendam altera δερμηστής in aperto est, veroque proxime accessisse illud librariorum par, quod δερμαιστής (? δερμηστής) vel δερματιστής h. e. δερματηστής exaravit: quamquam nullus equidem dubito quin recte Hermannus l. c. iudicaverit his usus verbis: 'Doch ist es auch so nicht einmal noethig eine eigentliche syncope anzunehmen, um aus ἄλφι und der endung ηστής die Form ἀλφηστής hervorgehen zu lassen — wie selbst das obige δερμηστής ohne dazwischenkunft von δερματηστής gebildet ist.' Qua in caussa iuvabit etiam Valckenarium contulisse ad Herod. VIII 95, ut idem monebat Herm. l. c. p. 437. Sed, ut hanc vocabuli intricantis originationem tuam feceris, quid iam quaeso fiet voci σακκοδερμιστής, a Sophocle in Troilo usurpatae testibus Hes. s. v. et Phot. 497, 3 ? Σακκοδερμηστής· ὄφιν σάκος ἔχον, οἱ δὲ σκώληκα παρόσον δερμιστὴς οὗτος. βέλτιον δὲ τὸν χαλκοῦν ἔχοντα δέρμα νοεῖν. ὡσεὶ ἔλεγε χαλκοδερ-

μιστής. τὰ γὰρ σάκκη ἐπίχαλκα λέγει (l. — εται). Contra Palmerium, qui ὄφις σάκος ἔχων correxit, et Albertium, ὄφιν σάκος ἔχοντα suspicatum, editam Hesychii lectionem tuetur Fritzschius his verbis p. 46 'Immo Aristarchus verissime perspexerat σακοδερμιστής a Sophocle suo dici serpentem, cuius imago in summo clypeo expressa sit, quasi vernacule dicamus '*Schildschlange*' coll. Aesch. Sept. 495.' Atqui hoc si voluisset Aristarchus, dixisset opinor σάκος ὄφιν ἔχον (σημεῖον) ut est in schol. Taur. Eur. Phoen. 1108 vol. V p. 232 Matth. σημεῖον ἔχει γὰρ ἐν τῇ ἀσπίδι. Ego haud scio an huc pertineat alia quaedam Hesychii glossa: Εἰλυσπᾶσθαι τὸ παραπλησίως τοῖς ὄφεσιν καὶ (leg. ἢ) τοῖς σκώληξιν ἰέναι cf. Hes. Ἰλυσπᾶσθαι. Animadvertas, quaeso, prae ceteris ad illud ὄφεσιν ἢ σκώληξιν. Fieri igitur potest, ut tales fere Sophoclis versus Aristarchus Didymusque ante oculos habuerint: ὡς σακκοδερμηστής τις εἰλυσπώμενος et — ὃς εἰλυσπᾶτο δερμηστοῦ δίκην. Namque formas etiam has: εἰλυσπώμενος et εἰλυσπᾶτο interpretatur Hesychius, quem de εἰλύϊος quoque consulas. Quod si probabiliter coniecimus, σακοδερμηστής idem fere animal intellegere debemus atque δερμηστής, e tinearum genere, quae hirtos setososque pelles roderent. Videsne quae tandem caussa grammaticorum facile doctissimos in tam diversas sententias distraxerit? Scilicet cum tantum perspiceront, in Sophoclis ll. ec. de animali quodam sermonem iniei, quod, ne comparatio minus apta evaderet, ita fingeretur oporteret, ut et formae teretioris esset et tortus segniter daret, Aristarchus de serpente, Didymus de lumbrico, Orus vero, aut si quid video Cassius Longinus, utriusque opinatione posthabita, de tineis suo quisque iure cogitavit. Cui quidem rei comparandae Sophocles voce. δερμ. et σακκοδ. usus sit, haud facile enucleaveris. Licebit tamen fortasse de eo undarum agmine cogitare, quod, cum lentiore movimine fluitaret, Aeoles σκώληκας, reliqui Graeci κολοκύματα vocitabant; itaque vocabuli σακκοδερμηστής (de geminato κ cf. Lobeck Aglaoph. 815) veriloquio facile excusso, 'qui hirtum pellem σακκόδερμα,' (similiter formatum est Apollodori Carystii ap. Poll. X 161 p. 443 Bekk σακκο-

πήρα et σακκογενειότροφοι in epigrammate ap. Athen. p. 162) comedit (ἔδω),' longe valere iubebimus vitiosam scripturam σακκοδερμιστής, quantumlibet Fritzschius obstrepat[1]).

## 3.

### Λέξις τροπική.

Tertio loco nominamus Didymi τροπικὴν λέξιν, qua de Meiernus in comm. Andocid. VI 3 p. XIX 210 hunc in modum disputat: 'Quod in Bekk. anecdd. I 334 excitatur Didymus ἐν τῇ τροπικῇ λέξει fortasse verum est. Namque τροπικὴν λέξιν et alii commemorant et Dionys. Halic. de vett. scriptorr. censur. p. 422, de iis quae Thucyd. propr. sunt II 1 p. 790 = p. 221 Krueg.[2]); eam autem singulari libro complecti certe minus mirum, quam singularia lexica καθαρᾶς aut σεμνῆς ἰδέας aut λόγου πολιτικοῦ scribere, id quod factum esse docet Phot. codd. 146 sqq. Videndum tamen est, sitne τραγικῇ reponendum.' At fidem habet lectio lex. S. Germ. ms. Quid enim? nonne κυρίως Attici ἀγαθοεργούς dixerunt beneficos, τροπικῶς vero Laccdaemonii quinos quotannis ex equitum ordine egressos?

### 1.

Bekk. l. c. ἀγαθοεργοί· Ἀττικοὶ τοὺς ἀγαθὸν ἐργασαμένους τι. ἔστι δὲ καὶ ἀρχή τις ἐν Λακεδαίμονι οἱ ἀγαθοεργοί. ἄρχουσι δὲ καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τῶν ἔξω τῆς πόλεως παρανομησάντων, ὥς φησι Δίδυμος ἐν τῇ τροπικῇ λέξει. Cf. de his Laccdaemoniorum benefactoribus doctum Anglum in Steph. thes. G. L. I 1 p. 142, 143 ed. Didot. Manso. Spart. I 1 p. 153 O. Mueller. Dor. II 241 (add. L. Bachmann. anecdd. I 18, 19 et 'schol. Aristid. II p. 172' e Schneid. lex. I p. 4).

1) Reiskius ap. Schaef. app. crit. Dem. IV p. 28. qui Harpocr. s. v. ὁ κάτωθεν νόμος e Didymi volumine περὶ ἀπορουμένης λέξεως fluxisse suspicatur, erroris manifestus est.

2) Adde Dionys. Hal. ep. ad Cn. Pomp. II 6 = p. 18 Krueg. II 13 p. 23, de Thucyd. indic. XXII p. 125 XXIII 4 p. 127 XXIV 1 p. 128 L 2 p. 204. Walz. rhett. Gr. III p. 581, 7. Schol. Eur. Med. 899. Schol. Soph. OT. 56.

## 4.

### *Λέξεις Ἱπποκράτους.*

Scripsit idem *λέξεις Ἱπποκράτους* teste Erotiano p. 12 ed. Frz. *τῶν δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔστιν ὅστις ἐλλόγιμος φανεὶς παρῆλθε τὸν ἄνδρα. Ἔτι δ' Ἀρίσταρχος περὶ ὧν γεγράφασιν Ἀριστοκλῆς καὶ Ἀριστοπέας οἱ Ῥόδιοι. καὶ μετὰ πάντας Ἀντίγονος καὶ Δίδυμος οἱ Ἀλεξανδρεῖς.* Locus miro modo turbatus est, nec nisi audacius transpositis verbis facile sanandus. Equidem non dubito quin huic meae coniecturae assensum praebituri sint lectores: — *τὸν ἄνδρα. Καὶ γὰρ ὁ ἀναλεξάμενος αὐτὸν Εὐφορίων πᾶσαν ἐσπούδασε λέξιν ἐξηγήσασθαι διὰ βιβλίων ἕξ, περὶ ὧν γεγράφασιν Ἀριστοκλῆς καὶ Ἀριστέας οἱ Ῥόδιοι. ἔτι δὲ Ἀρίσταρχος καὶ μετὰ πάντας Ἀντίγονος καὶ Δίδυμος οἱ Ἀλεξανδρεῖς.* Pro *ἀναλεξ.* Meinek. anall. Alex. p. 29 rescribi iubet *ἀναδεξ. αὐτὸν* subauditque Lysimachum Coum: fortasse recte, fortasse non recte. Etenim praelegendi notio nonnumquam verbo *ἀναλέγεσθαι* exprimitur: cf. Lucian. enc. Dem. XXVII t. III 510 Rz. F. Iacobs. ad epigr. Callim. 60 schol. Dion. Thr. 725, 31. Aelian. v. h. XIV 20. Xenoph. anab. II 1, 17 ed. Krueg. p. 61 a. 1845. Asclepiad. epigr. inter Iensian. n. 757 p. 157 Rsk. Itaque Erotianus hoc fortasse voluit, ut Hippocratem ab Euphorione non modo sex *λέξεων* libris illustratum, sed etiam cum discipulis lectum esse innueret. Ut vero largiar, Erotianum *ἀναδεξάμενος* scripsisse, tamen *αὐτὸν* ad Lysimachum respicere nullus umquam crediderim, sed *Λύκον* correxerim, ut Lycus intellegatur Neapolitanus medicus nobilissimus, quo de vid. Plin. h. n. XX 20 XXX 1 Erotian. p. 216. Neque vero criticis inaudita est permutatio vocc. *αὐτός* et *Λύκος* vid. R. Unger Theb. paradd. 384 (coll. et. m. 593, 27). Idem mendum tolle ex Steph. Byz. 173, 10 M *Βοιωτία — γενέσθαι δέ φασι Βοιωτὸν Ἰτώνου τοῦ Ἀμφικτύονος τοῦ κατ' αὐτὸν νεωτέρου τῶν Δ. καὶ Π. παίδων.* A. Meinek. '10. *κατὰ τὸν?* ut exciderit scriptoris nomen [?]'; immo *κατὰ Λύκον.* Schol. Apoll. Rhod. I 741 *ὁ δ' αὐτός καὶ Φερεκύδης*; leg. me iudice *ὁ δὲ Λύκος καὶ Φερ.* Suid. II 1 p. 8. *ὡς δὲ αὐτὸς ὁ τὰ περὶ*

*Θηβῶν συντάξας*; immo *ὡς δὲ Λύκος*. Evolvas de Lyco G. I. Voss. scr. hist. gr. p. XII p. 112 ed. A. Westerm. A. Nauck. in cens. Muell. h. Gr. II 370 add. IV 657 Tycho Mommsen. in Ztschr. f. AW. 1848 n. 17 p. 129 I. Resler. de schol. Pind. Isthm. Vrat. 1847. 8° p. 13 sqq. In Dionis Chrys. or. VII §. 17 I 117 ed. Emper. cod. Vat. 91 H pro *πρὸς ἄνθρωπον* (h. e. *ἄνον*) *ἐμάχοντο* exhibet *πρὸς αὐτὸν*; voluit *λύκον*. — In seqq. intellegi non poterant *ἔτι δ' Λ. περὶ ὧν κτε.* itaque transpositio lenissima visa est mutatio. — Aristeam grammaticum qui *περὶ κιθαρῳδῶν* scripsit cognovimus ex Athen. t. III. p. 1386 Ddf. fortasse ab Hippocratis interprete glossarumque enarratore non diversum atque per totum studiorum curriculum Aristoclis Rhodii comitibus accensum. Longe igitur absit *Ἀριστόβουλος* (ms. Steph.) et *Ἀριστογείτων* Franzii coniectura intrusus coll. Plin. h. n. XXVII s. 14. De Aristocle Rhodio (medicum cognominem adhibuit Galen. *φαρμ. κατὰ τόπ.* VI 1 VIII 7 t. II p. 243) grammatico et rhetore Strabonis aequali vid. Strab. XIV 2 p. 655. Dion. Hal. Dinarch. 8 Varr. LL. IX p. 162, 179 Ammon. p. 54 Valck. (*περὶ ποιητικῆς*). Eundem intellegit A. Meinek. exx. phil. in Athen. spec. II p. 36 ap. Ath. I 22 A IV 174 C XIV 620 C 630 B (*περὶ μουσικῆς. περὶ χορῶν*). Neque vero improbabilis haec est v. d. opinatio. Ut enim ap. Ammon. l. c. Tryphoni Aristocles Rhodius adiungitur, ita Athenaeus IV 174, postquam Aristoclis sententiam exposuit, Tryphonem loquentem introducit. Neque ille Aristocles alius videtur, ad quem data epistula respondit Apollodorus nescio quis[1]), unde Athen. XIV 636 F nonnulla haud indigna relatu visa excerpsit. Aristocli grammatico libros *περὶ διαλέκτων* (*του*?) vindicare non dubito, quos excitat Herodian. *π. διχρ.* 370 Lehrs. Cram. ann. Oxx. III 299, 1 Drac. de metr. poet. 41, 16 Herm. (vid. G. Koen. Greg. Cor. p. XVII ed. Schaef.) ann. Oxx. I 231, 28 et. m. 545, 5 et. Gud. 353, 36 schol. Opp. hal. I 223. Deinde haud dubie idem Ho-

1) Sunt enim qui Atheniensem, sunt qui Cyrenaeum intellegere malint, cuius memoriam resuscitaverunt Galeus diss. de scr. myth. 3 Heyn. ad Apoll. IV p. 1174 Thrigius in Cyrenaic. p. 369 sqq.

merum recensuit schol. Hom. Il. *T* 218 p. 523; et siquidem Proclum in Tim. p. 27 recte interpretor, ubi Bergkius Aristoclis nomen restituendum esse vidit, iis etiam scriptoribus accenseri debet, qui de diebus festis data opera inquirerent. Praeterea Aristoclis nomen passim occurrit, ita tamen ut Rhodium innui pro certo affirmare vix ausis. Meursius quidem in notis ad Aristox. p. 145 sq. historiae scriptorem (*ἐν γ Ἰταλικῶν*), quem Clemens Alex. VI p. 267 et Plut. p. m. c. 25, 41 in testimonium vocarunt, a Rhodio diversum non esse putat. De A. paradoxographo cfr. A. Westerm. praef. p. XXIV et 161. Huiusce notitiam debemus Plut. p. m. 29 II p. 312 E Stob. floril. LXIV 37 (*ἐν α παραδόξων*) Aelian. h. a. XI 4 schol. Pind. Ol. VII 66 Apost. prov. 14, 70 Arsen. viol. 385 coll. Voss. hist. gr. praef. X et 402 ed. West.[1]) Librorum par de rep. Lacedd. compositum (Ath. IV 140 B) equidem ut ab A. Rhodii studiorum ratione alienissimum arbitror, ita Aristocli Messenio peripatetico aptissime mihi convenire videntur, nisi forte nomen depravatum est, et Athenaeus hoc quoque loco ad Aristocratis Laconica respexit, ut III p. 82. cf. Westerm. ad Voss. p. 403. Ac peripatetici quidem philosophi cum summo cum studio de rebus musicis commentati sint, possit aliquis hoc argumento fretus ex iis etiam operibus opusculisque, quae supra in Rhodii officina excusa esse suspicati sumus, nonnulla ad Messenium peripateticum[2]), incertae aetatis homi-

1) Hunc fortasse usurpavit Phot. 270, 24 *Μίνθα — Ἀριστοκλῆς δὲ ἐν τῷ περὶ γιγάντων διαπλασθῆναι τὸν ἐπ' αὐτῇ μῦθον διὰ τὸ καρπῶδες* (l. *κοπρῶδες*) *εὑρεθὲν* [*τῷ*] *καταφρονηθῆναι τὸ φυτόν*. De gigantibus teste Cram. AP. II 380, 10, si credere dignum est, etiam Seraeus librum singularem composuit. Cramerus l. c. *Σέργιος* scripsit pro cod. *Σεραῖος* coll. Symeon. Logoth. Chron. reg. 1712. At Sergium Atheniensem, quo de cf. et. m. 222 Choerob. Bekk. 1288 Phot. Myriob. 283 b, 28 Bekk., de gigantibus scripsisse, quis est qui credat? Fortasse commendabit sese emendatio *Σερῖνος* h. e. *Σερῆνος*. Apud Io. Antioch. 2, 13 Muell. p. 541 legitur *Σέρβιος* e coniectura.

2) Huius fragmentis, quae Ions. scr. h. phil. IV n. 8 p. 250 ed. Dorn. et Westerm. ad Voss. III p. 402 collegerunt, adde duo ex Ioanne Alex. gramm. ap. A. Mai. in spic. Rom. vol. II p. 392 coll. praef. p. XX.

nem, referre malle. Sed res non extra dubitationis aleam posita, satiusque videtur ab Heynii ad Apoll. IV 1172 pendere iudicio in hunc fere modum disserentis: 'poterat de Ar. peripatetico in mentem venire, de quo egit Ionsius IV p. 330; verum Aristoclem *ἐν τῷ περὶ χορῶν* laudat ipse Athen. IV p. 174 C, ubi de organis hydraulicis agit, ut adeo de grammatico libello super nominibus musicorum instrumentorum agi putem. Epistulae eiusmodi grammaticis de quaestionibus fuere multorum, v. c. Lyncei Samii ap. Ions. II 2 p. 123 [1]).' — Antigonus grammaticus, quem in praef. l. c. laudat Erotianus, recurrit p. 312 *πηνιρά*. Iterum Antigonus in contubernium Didymi venit ap. schol. Ar. Avv. 299 coll. Hesych. II 217 *κείρυλος*. Schol. Eur. Phoen. 150 V Cob. Hic est procul dubio Antigonus, quo nemo frequentius citatur in scholl. ad Nicand. ther. 94, 215, 377, 575, 585, 748, 781, 849. Schol. Hom. Il. Ψ 319. Didymum, opinor, Erotianus innuit Chalcenterum: quamquam moram inicit et. Gud. 81, 43 *ἀρτηρία — Δίδυμος ὁ νεώτερός φησιν ἰατρῶν παῖδες φλέβα αἵματος, ἀρτηρίαν δὲ πνεύματος ἀγγεῖον*. Didymum Alexandrinum iuniorem (*τὸν νέον*) etiam Suidas novit. Tenebras non pellit Fabricius B. G. XIII 141. Cf. Schol. Soph. Trach. 1056. *ἀρτηρίας) τὰς φλέβας*.

## 5.

### *Λέξις κωμική.*

1.

Didymi *λέξιν κωμικήν* adhibitam esse ab Hesychio ipso fatente in epistula ad Eulogium [2]) [p. 22 ed. Ranke],

1) A. noster, cum post Euphorionem Aristarchum aliosque huius gregis grammaticos vixisse tradatur ap. Erot. l. c., Carystius, qui sub Ptolemaeis Lagida et Philadelpho vixit (Voss. p. 114 W) intellegi nequit. Cf. etiam Clinton. fast. hell. 3 p. 35, 513 et Westerm. paradox. praef. p. XIX.

2) '*Ignotum hominem*' dicit Rank. comment. de Hesych. p. 8. Sed Eulogii scholia usurpavit, qui de voc. *ἀφίγμεθα* exposuit ap. Cram. A. P. IV p. 21. Scholasticum huic cognominem expilabat et. m. p. 638, 32 *οὐχ ἅπτομαι* 809, 30 *χέω*, unde et *ἀπορίας καὶ λύσεις* et *περὶ δυσκλίτων ῥημάτων* eum scripsisse discimus, et. Gud. 165, 2 *ἐίκτην*. cf. Fabric. bibl. Gr. t. X p. 34.

*οἱ δὲ τὰς κωμικὰς ἰδίᾳ καὶ τὰς τραγικάς, ὡς Θέων καὶ Δίδυμος καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι*, Meinekius statuit in quaest. sc. III p. 5, quem Bergk. in comm. de reliqq. com. Att. p. 66 sequitur, iusto hoc quidem fretus auctore, ut videtur, cupidius. Ita enim hic locus comparatus est, ut ne hoc quidem dignosci possit, utrum Hesychius Didymi adsiduam illam atque ferream industriam omnino in lexico comico condendo positam fuisse dicat, an tortuosiorem quandam verborum structuram aucupatus, priora illa verba *τὰς κωμικὰς* ad Theonem solum, posteriora, quae tamquam ex adverso ponuntur, *τὰς τραγικάς*, ad unius Didymi memoriam referri voluerit: namque *τραγικὴν λέξιν* Didymi, opus spatiosissimum, laudant Harpocrat. 134, 2 Bekk. et Bekk. anecdd. p. 349, 6. Sed ne comicorum quidem vocabulorum supellectilem neglectam disiectamque iacere voluisse Didymum, id quod ex Hesychii verbis erui nulla arte potest, forte fortuna Orus Milesius auctor gravissimus edite testatur in et. msc. bibl. reg. ap. Ruhnk. in praef. ad Hes. p. IX. *καρύκη*] *ὁ δὲ Δίδυμος Λύδιον βρῶμά φησιν — φησὶ γὰρ ἐν τῇ κωμικῇ λέξει ἐκ πολυτελοῦς σκευασίας συγκείμενον· ἐγὼ δὲ* (sc. Orus) *οἶμαι κτέ.* coll. cod. Par. 2630 ap. Bekk. anecdd. III 1386, quode F. Ritschel. de Oro p. 70. et. m. 492, 52. *Καρύκκη· Ἕψημά τι δι' αἵματος καὶ ἀρτυμάτων παντοίων. ὁ δὲ Δίδυμος Λύδιον βρῶμά φησιν ἐκ πολυτέλους σκευασίας συγκείμενον· ἐγὼ δὲ οἶμαι καρύκην* (sic) *αὐτὸ λέγεσθαι, ἐπειδὴ μέλαν ἐστί. Φησί γὰρ ἐν τῇ κωμικῇ λέξει οὕτω· 'Καρύκιον, καρυοβαφές καὶ κάρυος ῥόος· ὁ μέλας ῥόος.' Οὐκοῦν ἐκ τούτου οἶμαι λέγεσθαι καρύκην.* et. Gud. 301, 37 *ἐν τῷ κωμικῷ* (h. e. *λεξικῷ*). Videsis praeterea Athen. XII 516 Phot. 134, 4 Suid. II 1 p. 85 Bernh. L. Bachm. anecdd. 268 Moer. Att. 200, 34 ed. Bekk. Erotian. 204, 6 Galen. lex Hippocr. 492 ed. Franz. Schol. Lucian. vol. IV p. 51 ed. Iacbz. Hesych. I 157 *καρύκη. καρυμνόν. καρυχρούς.* Theognost. II p. 110, 11 Cramer. — Martin. p. 387 Nunnes. ad Phryn. p. 69 I. Pierson Moer. p. 220 B F. Poppo ad Xen. Cyr. VIII 3, 3 A. Meinek. Menaud. p. 179.

Quae cum ita sint, perquam sane credibile est, Dioge-

nianum utramque Didymi farraginem periergopenetibus suis intexuisse, indeque singulas quasque glossas amplissimo suo glossarum corpori inseruisse Hesychium. — Ipse Hesychius Didymo terdecies[1]) testimonium denunciat s. vv. *Αὐλίς [?] βρίκελλοι *ἐπωβελία (perperam Ioannes Pricaeus et ed. LB 1668 ἐπῴζειν) κορσάκις *Λαπέρσαι λέσπιν Λιμοδωριεῖς Μοσυνικὰ μαζονομεῖα Μυκέρινα οἰσπώτη Σαμιακὸς τρόπος σισύμβριον σκινθαρίζειν. Ex his glossis, quas stellulis notavi, prima Homerum (Il. *Α* 38), secunda Demosthenem (de coron.), tertia Sophoclem (Strab. VIII p. 364) spectare videntur. Ambigi etiam de v. λέσπιν possit. At reliquarum ea est facies, ut socco eas originem suam debere confestim tibi vel non monitus persuadeas, etiamsi singularum sedes accurate indicari non possit. Illustremus singulas.

2.

Hes. I 767 Βρίκελλοι· οἱ μὲν τοὺς ἱστόποδας ἀπὸ τοῦ βάρους καὶ τοῦ ξύλου, οἱ δὲ βαρβάρους. Δίδυμος δὲ τὰ τραγικὰ [?βαρβαρικὰ] προσωπεῖα παρὰ Κρατίνῳ, οἷον βροτοῖκελοι ἐν Σερίφοις (—φίοις). Accuratius et. m. 213 = 194, 40 Βρίκελλος. ἔστι βαρβαρικὸν τὸ ὄνομα. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ προσώπων βαρβαρικῶν καὶ εἴρηται οἱονεὶ βροτῷ εἴκελος ἢ Βριξὶν εἴκελος. Βρίγες γὰρ ἔθνος βαρβαρικόν. ἄλλοι δὲ βρικέλλους τοὺς κελεύοντας (l. κελέοντας) παρὰ

1) Manifesti enim erroris sunt Io. Pricaeus in ind. Hesych. edit. Apulei. adnex. p. 745 et Albertius Hes. II p. 224 quartum decimum locum addentes: κέλεται δέδυμος. παρεκελεύετο ἡ ψυχή. Fugit enim VV. DD., prava cod. lectione deceptos, notus Homeri versus Il. *Κ* 534 ψεύσομαι ἢ ἔτυμον ἐρέω; κέλεται δέ με θυμός, id quod dudum animadverterunt Soping. Heius. Brun. Is. Voss. I. F. Gronov. Similiter lapsus est I. Richter de Aesch. et Soph. interpp. gr. p. 93 qui lectionem Suidae II 1 p. 83 κάρτα ἐπαφρόδιτος, a L. Kustero ex optimo cod. Par. A revocatam, infeliciter denuo aggressus perturbat, ut Epaphroditum grammaticum in λέξεων opere Sophocleas quoque glossas tractasse demonstret. At verba κάρτα ἐπαφρόδιτος Cl. Aeliani esse iuxta cum doctioribus fugit Richterum. Valent i. q. λίαν ἐπέρασιος. Cf. nunc Dindorf. Schol. Soph. Ai. 554. Schneidewin. in Iahn. Iahrb. f. Phil. u. Paedag. LXVII 5 p. 509.

τὸ βρῖ καὶ τὸ κέλομαι ἢ τοὺς ἱστόποδας. Cum Didymo Hesychii facit Pausanias ap. Eustath. 1395, 49 R Odyss. A p. 26, qui nostro utitur etiam ap. Eustath. 1039, 37. Sub οἱ μέν fortasse Lycophro, sub οἱ δὲ Eratosthenes latet. Cyrenaei enim Hesychio teste βρικὸν vocitabant βάρβαρον. Phoenices teste Steph. Byz. 340, 14 κέλλα nominabant ἱστόν (*malum*). — De textorii mali, unde stamina deducuntur, pedibus, sive telae statuminibus vid. Xyl. Berk. et Verheyk. ad Anton. Lib. p. 51 Tench., Valck. et Heinrich. ad Theocr. XVIII 34 Valck. Adon. 35 p. 337 I. G. Schneider. in ind. *scr. r. r. tela* et Lex. Gr. I 74 ἀμφικέλεμνος. — Etiam βρέτας παρὰ τὸ βροτῷ ἐοικέναι derivat et. Gud. 114, 10. Adde Creuz. Symb. II 343 (a 1820) N. Sparschuh kelt. studien I p. 122. Synonyma sat multa congessit Eustath. in Ion. Damasc. hymn. pentec. ap. A. Mai. spic. Rom. V p. 315 βρέτας, βρέτος, βρετέτας, δείκηλον, (Welcker syllog. epigr. p. 3, 214) εἴδωλον, εἰκών, κεράμβηλον (Lobeck. Aglaoph. II 972). — Cfr. Meinek. Com. I p. 140 N. Sparschuh in Schneidew. Philol. V 2 p. 272.

3.

Hes. II 321 Κόρσακις. τράγος. (Bergk. comoed. Att. p. 66 κόρσακις τράγος) παρὰ Κρατίνῳ. Δίδυμος ἤκουεν ἀπὸ τῆς κόρσης. Κόρσαι γὰρ τῆς Κιλικίας. 'Forsan quoniam tonderi hirci solent et inde fieri cilicia.' H. Steph. '*Ind.* L. κορσάτης. Cl. Salm.' Albert. p. 322. Cf. Hesych. Καρικὸς τράγος. Verum vidisse Stephanus videtur. '*De caprarum pilis in usum castrorum et vestimentorum adhibitis*' v. Plin. h. n. VIII 76 Callisth. Olynth. ap. Cl. Aelian. h. a. XVI 30 Verg. Geo. III 313 Serv. et Philarg. l. c. II 278 Lion., Procop. B. P. II 26 = t. I p. 271 Ddf. Colum. r. r. VII 6 Varr. r. r. II 11, 11 Prudent. Cathem. I 7, 151 p. 30 Heins. (Amst. 1667) Suid. II 1 p. 254 Bhdy. Diogen. V 54 Vat. App. II 32 Arsen. p. 319 Hes. II 258 et 141 et. m. 513 = 465, 41. Fabr. thes. LL. *cilicium* Ducang. Gloss. κιλίκια. Iungerm. ad Long. past. p. 259 ed. Seil. Tournef. voyag. du levant I 337 Lupar., = II 22 LB. C. Dufresne nott. ad Io. Cinnam. p. 349, 350 ed.

Bonn. Psell. de re med. ap. Ideler. phys. et med. Gr. I p. 202. Corsae si Ciliciae oppidulum fuerunt, reconditiorem doctrinam eruit Didymus: aliunde certe Corsas non novimus. Inaudivimus tantum fluvium Cersum (*Κέρσον*, v. l. *Κάρσαν*) ex Xen. exp. Cyr. I 4, 4, cui nunc H. Kieperto teste *Merces* nomen est. *κορσοῦν* Hes. explicat *κείρειν* et cui primo abrasa fuit barba *Κόρσην* dictum esse Athen. XIII 565 B testatur. — Num *κορσήκης* ut *ξυρήκης*? an *κόρσα* IC: *τράγοις*, ut alterum IC e dittographia prognatum sit? — De K et IC confusis v. Schaef. Apoll. Rhod. II p. 280 Bast. comm. pal. 720. Greg. Cor. p. 167, 244 Schf.

4.

Hes. II p. 454 *λέσπιν μεγάλην ὑδρηλήν. Δίδυμος τὴν καταδυομένην εἰς πέλαγος πέτραν. οἱ δὲ νοτεράν. ἄλλος δὲ σπιλάδα βαθεῖαν. οἱ δὲ λόχμην.* Sic enim locus mihi scribendus videtur. Cod. *ἱδρυλήν* et *δεσπίδα*[1]). Guyetus *λέσπιν* pro *λίσπην* i. e. *λείαν λισσάδα πέτρην* accepit. Scaliger volebat *ἄλλοι δ' ἀσπίδα*, Salmasius *λεσπίδα* et *λεύχμην*. Schneider lex. Gr. I p. 391 '*aus der stelle irgend eines alexandrinischen dichters, wo λεσπίδα oder ἐλεσπίδα πέτραν vorkam.*' (v. c. Theocr. 22, 37 *ὑπὸ λισσάδι πέτρῃ*). Non accedo. Apte tamen contendit Schneiderus l. c. *ἐλεσπίδας* Ap. Rh. I 1266, dictionem solitariam, ubi schol. Pariss. (at vid. H. Keilii obss. critt. in Cato. et Varr. p. 86) haec adnotant: *ἐλεσπίδες δέ εἰσιν οἱ πετρώδεις τόποι παρὰ τὸ λέπεσθαι ὑπό τε ἀνέμων καὶ ἡλίου. Διὸ καὶ λέπας τὸ τοῦ ὄρους ἀκρωτήριον λέγεται. Εὐριπίδης· καὶ Κιθαιρῶνος λέπας.* Copiosiora sunt edd. scholl. II p. 439 Schf., quae iterum passim mutat et. m. 328, 22 (cf. Bourdel. Heliod. p. 4 Valck. Ammon. p. 139). Huc pertinere

1) Cave ne *δεσπίδα* ferri posse statuas, in comparationem vocatis quae Maittair. p. 376 A 379 C collegit, permutatorum *Δ* et *Λ* exemplis. Pergaeorum enim dialectum hanc permutationem poscere adnotat Salmas. ad Hesych. I 911. Sequitur sub *ΔΕCΠΙΔΑ* latere nihil aliud nisi *ΔΕ CΠΙΛΑ ΔΑ*. [Ap. Long. Past. III 16 leg. *ὡς παρὰ τὴν* (*γυναικὸς*) *καλύβην τὴν τῆς τικτούσης*, nisi *γυναῖκα κασάλβην τὴν τίκτουσαν* mavis. cod. *λαβήν*.]

suspicor etiam Hes. *κλέπας· νοτερὸν πηλῶδες ἢ ὑγρὸν* et *κλέπος*, quo de loco cf. Schneid. lex. Gr. I p. 674. Lobeck. techn. p. 315. Verbis illis poetae anonymi scopulum descriptum fuisse puta, qualem adumbrat Ov. Met. IV 524 sqq. IV 729 sqq. Mittimus vocabuli originationem. Hoc constat, si Buttmanno fidem habes (lexilog. I 195, 7), genuinam illius formam litera ἔ non caruisse, quam usus poeticus abiecisset. Ἔenim verborum initio, nisi ab ἔ ordiantur, non abundat. Itaque huc in comparationem venire non debent *ἐείκοσι ἐέρση ἔεδνα ἐέλδωρ* cett., de quibus Maittairius p. 298 A = 397 St. neque *χρῆν ἀντὶ τοῦ ἔδει χωρὶς τοῦ ἔ* schol. p. 448 Bekk. Sed parilitatem agnoscunt primum in vulgus nota: *ἐχθές χθές, ἐχθεσινός χθιζός* Trypho ap. Apoll. d. adv. 556, 30, ubi p. 557, 26 inter alia minus uti diximus apta comparantur *ἐθέλω θέλω* (Dionys. ap. Eustath. p. 800, 28 Moschop. p. 10) *ἐρυτῆρες ῥυτῆρες* (coll. Bekk. anecdd. II 937, 23 et. m. 405, 22 Piers. ad Moer. p. 296 [402]) *ἐθελημοί* et. m. 318, 42; *ἐκεῖνος κῆνος τῆνος ἐκεῖθεν* et. m. 58, 23—54 similia; *ἐρεύγειν*, ructare, *ἐῖση ἴσος, ἐνέρτεροι νέρτεροι, ἔνερθεν νέρθεν* Hes. II 670, *ἐῖσκω ἴσκω*; deinde rariora *ἑορτή ὁρτή* Hes. II 790; *ἐνῆς νῆς* Hes. II 679; *ἐρινεός ῥινεαὶ μελαίναι ἰσχάδες* Hes. II 1115, quod minus feliciter tentavit Alberti. *ἐκνεφίας κνέφας* id., *ἐρῳδιός ῥῳδιός* Herod. dict. sol. 13, 10; *ἐφετμαί φετμαί* Hes. II 1501; *ἐφετίνδα φεννίδα* Hes. II 1499 (Palmer. *φαινίνδα*); *ἐτώσιον τηΰσιον*, Alb. ad Hes. II 1383; *ἐλεγαίνειν*, unde *Ἐλεγηΐς* et. m. 152, 59 et *Ἐλέγη* Ael. v. h. III 42, — *λέγαι γυναῖκες* Archil. fr. 168 Bgk., siquidem Epaphroditus Archilochum recte intellexit; *ἐτήτυμα τητύμα* Hes. II 1383; *ἐπείγω πιέζω* Buttmann. lexil. I p. 275; *ἠπεδανῷ — πεδανῷ* Io. Chius Agem. fr. 4; *ἐς κόρακας σκορακίζειν, ἠλύγη λύγη, ἠβαιὸν ἠβρέτας βρέτας, Ἡμιμάλλονες Μιμάλλονες, ἠμύω μύω, ἠελεοῦσιν ἐλεοῦσιν* Hes.; *ἠερέθονται ἐρεθίζονται* schol. Hom. Il. *Φ* 12. Deinde fuerunt, qui *χείρ* quasi *ἔχειρ* ab *ἔχω*, *νίκη* ab *ἐνικη* derivarent, quod indicasse satis habeo: cf. et. Gud. 409, 40 et. m. 605, 50, quem locum ex Apoll. Dysc. fluxisse apparet. At Hesychii inscitiae

originem debent *ECTPHNEC CEIPHNEC* I p. 1471 atque in capite mutilata mihi videntur Hes. *ἑλοφόν* et *ἑτανηλεγέος μακροκοιμήτου*. Lege *κῆρε τ.* Hom. Il. Θ 70. Etiam *κηνυσσόμην· εἴδωλον ἐγενόμην* (Hes.) in *'κηνυσσόμην* mutandum est. Cf. Aesch. Cho. 192. — Hes. *'πιπάλων* spectat ad Aesch. Cho. 152. Glossa Didymi est. Hes. 966 *πιτίμια τὰς ἀξίας τιμωρίας πιτίμιά φασιν* respexit integrum vocabulum *ἐπιτίμια*, etiam Sopingio arbitro: 'respexit nimirum ad locum Sophoclis Elect. 1396 (al. 1383) *τὰ 'πιτίμια* vel ad Aesch. Pers. 825. Sept. 1005. Prom. 77. Neque *πίχειρα* Hes. II p. 968 ullus umquam Graecorum dixit, sed *τὰ 'πίχειρα* Aesch. Prom. 819 Didymus in lexicon tragicum recepisse videtur.' (SCHR.) Byzantii quidem *Ξάδιος* dicunt pro *'Εξάδιος* schol. Hom. Il. 25 b, 15. 22. *Πίταυρα* pro *'Επίδαυρος* (Constant. Porphyr. III p. 136 ed. Bonn.) *πιγκέρνης* i. e. pincerna pro *'πιγκέρνης* (*ἐπικιρνᾷν*) Goar. ad Codin. p. 24 n. 14 Ducang. Gloss. Gr. s. v. Reisk. ad Const. Cerim. II p. 172 ed. Bonn. Cf. de *ε̄* abiecta vocali initiali L. Kuster. diatr. Anti-Gronov. p. 50 I. Taylor. lect. Lys. p. 701 A. Salmas. HA II p. 99 Hemst. ad Ar. Plut. p. 159 Reisk. l. c. p. 671 Boeckh. ad Plat. Min. p. 148 Buttm. lexil. I p. 145 Matth. gr. gr. I p. 50 sq. §. 11.

Iam si veriloquium quaesiveris, primum se obfert Hes. *λεπεῖν τύπτειν. ἐλέπουν οἷον ἐλέπιζον, ἔτυπτον, ἐμαστίγων.* E *λέπω* sive integriore *ἐλέπω* nascitur verbum paragogicum *λεπίζειν* unde, qui eo praeter et. m. 328, 2 utitur, Orus et. m. 724, 4 derivat *λεπίς*, inserta literula *σ* in *λεσπίς*, *ἐλεσπίς* mutatum. Cum ipsa radice *ΛΕΠ* cohaeret *λέπος* et *λέπας*, quae subinde in capitibus *κ* prostheticum adsumpserunt: *κλέπος* et *κλέπας*. Cave tamen ne indidem *λίψ* quoque derivare audeas. *λίψ* enim uti rupem significat vel imbribus vel fluctibus marinis libatum, ita aperte descendit a *ΛΙΒ λείβω*. Memoria tamen dignum est, quod etiam *σπιλάς* a *λεπίζειν* originem duxisse Ori Milesii sententia est ap. et. m. 724, 4 (Ritschl. p. 27). Ac fuit sane *σπιλὰς ὕψαλός τις πέτρα*, quo nomine Ionem vituperat grammaticus nescio quis eruditus (?Didymus: v. Meinek. Steph. Byz. 529 coll. schol. Soph. Trach. 680 p. 161 Elmsl.) ap. Hes.

*σπίλον Παρνασσίαν.* Transpositione literarum solemni facta ex *λίσπος* (i. e. *λεῖος*) subnascebatur *σπίλος, ἡ. σπίλον, τὸ. σπιλῶνες, οἱ. σπιλάς, ἡ,* quemadmodum f. *λιφερνοῦντες* pro *φιλερνοῦντες* adoptarunt Hes. II 490, *ἔλπος* pro *λίπος* Hes. I 1184 (i. q. *ἔλαιον, στέαρ*) *σμῆνος* pro *ἐσμός.* Quae si vera disputavimus, *σπιλάς* proprie erit saxum in mare prospiciens, perpetua undarum adluvie et laevigatum et exesum (Hes. *πέτρα πωρώδης*), *λίψ* rupes aut imbribus aut humoris marini adspergine quasi libata; *λίς*, de qua voce vid. Eustath. 1713, 25 Hes. II 486, (Odyss. *μ* 79 coll. *ε* 412 *κ* 4) quivis scopulus, i. q. *λισσάς, λέσπις* denique sive *ἐλέσπις* scopulus aequori imminens idemque undarum aut marinarum aut aëriarum verberibus sine fine percussus. Synonyma novimus plura *ἑρμάν* Phot. p. 15 *ἕρμακες ἕρματα* (Blomfield. gloss. in Agam. 977 'scopulus submarinus' Th. Bergk. Anacr. XXXVI p. 144, 5), *νηρίδες* Hes. II 678 'a *νηρός* humidus liquidus' Guyet., *γραῖα, γρώνη* Hesych. *χοιράδες* schol. Eur. Androm. 1241.

5.

Hes. II 481 *Λιμοδωριεῖς — Δίδυμος δὲ τοὺς περὶ τὴν Οἴτην κατοικοῦντας οὕτω λέγεσθαι διὰ τὸ λιμώττειν καὶ μοχθηρὰν ἔχειν ταύτην* (? *δίαιταν*) cf. C. O. Mueller Dor. I p. 40, 4. 102, 1. Vid. cap. IV 10 n. 4.

6.

Hes. II 623 *Μοσσυνικὰ μαζονομεῖα* vel *μοσυνοικικὰ μαζονομεῖα. Ποντικὰ ὁ Δίδυμος ἤκουεν. οἱ γὰρ Μοσσύνοικοι ἐν Πόντῳ εἰσί. λέγει δὲ ξυλίνους πίνακας.* cfr. Hesych. *Μοσσύνοικοι.* Spectat ad Aristoph. fr. CCCCIX. De Mosynoeeis cfr. Herod. III 94 VII 78 Xen. exp. Cyr. V 4, 2 Dion. Hal. AR t. I p. 70 Rsk. (I 26) Diod. Sic. XIV 30 Strab. XI 14 p. 340 Steph. Byz. 456, 13 M. Amm. Marc. XXII p. 231, 15 Lindbg. Nicet. Ann. XV 7 Wesseling. ad Hierocl. Synecd. p. 450 ed. Bonn. Apoll. Rhod. II 379. 1016 schol. t. II p. 156 Schf. Dionys. Perieg. 766 et Eustath. h. l. Reiff. ad Artemid. I c. 8 vol. II p. 227 Hesych. *Σάρπους· Βιθυνοὶ ξυλίνους οἰκίας.*

7.

Hes. II 629 *Μυκερίνα· ἡ Μέμφις, Δίδυμος τὴν Σάϊν. ταύτης γὰρ λέγει Ἡρόδοτος βασιλεῦσαι Μυκερῖνον.* Id. supra *Μουκερίναι· πόλις ἐν Αἰγύπτῳ, ἡ Σάϊς.* Herodoti locus est II 129 sqq.

8.

Hes. II 733 *Οἰσπώτη* (cod. *οἰσπάτη*), *ὁ ῥύπος, ὁ δὲ Δίδυμος τὸν τῶν προβάτων* (*κόπρον* add. Salm.)? *ὄνθον προβάτων.* Spectat ad Ar. Lys. 575 et Cratin. Dionysalex. fr. X p. 17 ed. Runk. Male et vitiose Kulenkampius ad etym. Gud. p. 984 Hesychii locum sic immutat *οἰσπάτη ὁ τῶν προβάτων, Δίδυμος.* Cautum enim grammaticus eruditissimus adnotamento suo esse voluit, ne imperitiores *οἴσπην* sive *οἰσύπην* cum *οἰσπώτη* confunderent. *Οἰσύπη* enim s. *οἰσυπηρά ἔρια* (Hesych. etiam *ὀσσυπηρά*, Phrynich. *οἰσωπηρά* affert) est *lana succida* sive *sucida*, quade 'quaedam notavit Wesseling. ad Herod. p. 563, 42' Koen. ad Greg. Cor. 256, *οἰσπώτη* vero Aristophani et Cratino '*fimus ovillus*' dicitur. *Ἔστι γὰρ οἰσπώτη τὸ τοῦ προβάτου διαχώρημα* testo et. m. 561 (619), 10, qui Didymo paruit. Mutilus esse Photius videtur 323, 24 *οἰσπώτη οἷον* (leg. *οἰῶν*) *ῥύπος, οἴσυπος. Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ.* Excidit Didymi interpretatio. Fuerunt etiam qui *οἰσπώτην* et *σφυράδας* male confunderent, sed qui Phrynichi reprehensionem non effugerent ap. Bekk. anecdd. I 57, 4 (coll. Poll. V 91 p. 213 Bekk. ubi om. *σπύραθοι, πύραθοι, σπορθύγγια, πορθυγγίς-σπόρθυγγες*).

9.

Hes. II 1146 *Σαμιακὸς τρόπος· δύο δηλοῖ ἡ λέξις, ἓν μὲν τὸ ἐπὶ διαβολῇ τῶν Σαμίων, θρυλλουμένων ὡς κατεαγότων, ἕτερον δὲ ὅτι αἱ λεγόμεναι Σάμαιναι* (vid. Schneidew. ad Bergk. com. Att. p. 439) *κατέστρωντο δι' ὅλου. Δίδυμος δὲ τὰς Σαμαίνας ἰδιαιτέραν παρὰ τὰς ἄλλας ναῦς τὴν κατασκευὴν ἔχειν. εὐρύτεραι μὲν γὰρ εἰσὶ τὰς γαστέρας. τοὺς δὲ ἐμβόλους σεσίμωνται, ὡς δοκεῖν ῥύγχεσιν ὑῶν ὁμοίως κατεσκευάσθαι, οἷον* [*ἰχθ*] *ὑοπρῴρους*

*εἶναι. διὸ καὶ ἐπὶ ταύτης λέγεται· Ναῦς δέ τις ὠκυπόρος Σαμία, ὑὸς εἶδος ἔχουσα.* Glossa pertinet ad Cratini Archilochos. Cf. schol. Ar. Pac. 143[1]) et Phot. 498, 10, ubi pro *μίννυωνανσὶ* legendum videtur *Σίμωνα. ὑσὶ.* Nomen *Σίμων* similem depravationem perpessum est ap. Tzetz. Chil. VII 123, cui pro *Μιμών* verum *Σιμών* restituit Lobeck. Aglaoph. II 1199. — An *ἐπισκώπτων τὸ σίμωμα. ὑσὶ?* Compares Bergk. de rell. com. Att. p. 28, 29 Naek. Choer. p. 158 Coraen ad Plut. Periel. XXVI p. 187, 188 ed. min. Sinten. R. Stiehlium de Lysimach. in Philol. IV 1 p. 106.

10.

Hes. II 1194 *Σισύμβριον. Δίδυμος ἀνθύλλιόν τι. Θεόφραστος δὲ σ. γηράσκον μεταβάλλειν. οἱ δὲ ἀπὸ ἡδυόσμου πλατὺ φυλορρόοῦν.* Glossa spectat ad Cratini Effeminatos Ath. XV 685 C. Theophrasti locus exstat de od. sect. XXVII p. 741.

11.

Hes. II 1212 *Σκινθαρίζειν.* [ὃ] *ἔνιοι σκαρίζειν* (*σκανθαρίζειν* Iungerm. Kuster. et Nauck. p. 224 coll. Poll. IX 126 p. 391 Bekk.). *τὸ γὰρ τῷ μέσῳ τὸν μυκτῆρα παίειν δηλοῖ, ὡς Δίδυμος.* Cfr. fr. Paris. §. 18 Eustath. Il. 861, 10. — Neque hoc vocabulum quisquam invidebit comicis.

Itaque ex his decem glossis, quas Didymo se debere confitetur Hesychius, quinque Cratini elocutioni explanandae inserviunt *βρίκελος κόρσακις τράγος οἰσπώτη Σαμιακὸς τρόπος σισύμβριον,* una vel duae *Μοσσυνικὰ μαζονομεῖα οἰσπώτη* interpretationi Aristophanis: ut hebetioris profecto ingenii sit negare velle, Didymi *λέξιν κωμικὴν* ab Hesychio sedulo versatam esse. Immo ulterius etiam progredi licebit. Docet enim instituta Hesychii cum Phot. 68, 19 Athen. XI 501 schol. Ar. Vespp. 151 Phot. 507, 1 comparatio, ea etiam, quae s. vv. *βαλανειομφάλους ἡμερόκαλλες Καπνίας σέρφοι* leguntur — sunt vero haec Cratineae in-

1) *σωμικὸν τρόπος τρύπων.* F. *Σαμιακὸν τρόπις* (vel *τροπός*) *τρόπον.*

cudis vocabula — Didymum auctorem agnoscere. Quid igitur? nonne sponte fere subnascitur suspicio, reliquarum etiam, quotquot Cratinum spectant, glossarum interpretamenta eiusdem grammatici industriae deberi, Didymi inquam, cuius ab arbitrio octies, ut Cratineae elocutioni lucem afferat, pendere vidimus Hesychium? Ac profecto interpretem et egregie doctum et adparatu haud spernendo instructum produnt v. c. Hes. glossae: I 952 *διαλαὸς* (*οἱ μὲν-ἄλλοι δὲ*) I 997 *δίλογχον* (*ἢ ὅτι-οἱ δὲ*) I 1001 *Διονυσοκουροπυρώνην* (*εἰσὶν οἳ φασιν-ἁμαρτάνοντες*) *κήτιον* II 252 (*ἔνιοι-οἱ δὲ*) II 638 *μυσικαρφὶ* (*οἱ μὲν-ἢ ὡς-ὥς τινες δὲ*) vid. supra s. v. *βρίκελλοι* et infra s. v. *βαλανειόμφαλοι* de notabili Didymeo *οἱ μὲν — οἱ δὲ* usu.

Diximus in Didymi lexico comico extitisse etiam vv. *ἡμεροκαλλές* et *σέρφοι*, indeque profecta Hesychii farraginem locupletasse. Audiamus testes.

12.

Phot. 68, 19 *Ἡμερόκαλλες* (sic accinit Lobeck. Aglaoph. 702) *ἄνθος σπειρόμενον ὁ Δίδυμος. οὐκ ἔστι* (haec Ori videntur) *ἄνθος κτέ.* Eadem et. m. 439, 43. Hes. I 1631 *ἡμερόκαλλες· τῶν σπορίμων ἄνθος ἢ στεφάνωμα κτέ* (*οἱ δὲ-οἱ δὲ*). Spectat ad Cratini Effeminatos ap. Ath. XV 681 E 685 C (v. Bergk. l. c. p. 66). De Theodoro Panage quem Photius adhibet cfr. Westerm. ad Voss. h. Gr. p. 503 et Meier comm. Andocc. VI 3 p. IX.

13.

Phot. 507, 1: *Σέρφοι· οἱ πτερωτοὶ μύρμηκες, οὓς ἡμεῖς νύμφας. οὕτω Δίδυμος. Κάσσιος δὲ Λογγῖνος κτέ.* Hes. II 1171 *σέρφοι· οἱ πτερωτοὶ μύρμηκες*, quem compilarunt gl. Vict. ad Ar. Vespp. 351 id. II 1318 *σύρφος ἢ σέρφος· θηρίδιον μικρὸν οἷον ἐμπίς.* Voce usus est Cratinus ap. schol. Ar. Vespp. l. l. Aristoph. Avv. 82. 570 (v. scholl.), Nicopho ap. Suid. II 2 p. 719 (Meinek. Com. II p. 848). Praeterea ad Didymi testimonium saepissime provocant Photius et Harpocratio; sed duumviri hi, cum non id agerent,

ut socci cothurnique elocutionem illustrarent, sed iudicialem, X imprimis quos classicos haberent oratorum pro instituto suo vocabulorum collectiones Didymi non ita frequenter adierunt, diligentissime vero, uti par fuit, *ῥητορικὰ Δ. ὑπομνήματα* excusserunt, atque etiam, ni fallor, sicubi verbum aliquod scenae cum rostris commune nostri verbis adpositis interpretantur, Didymum Didymo teste laudant. Quae cum ita sint, suboritur suspicio, ea vocabula, quae Didymi testimonio munita apud Photium et Harpocrationem exstant, verbisque aut totidem aut in brevius contractis animadversionibus illustrata apud Hes. recurrunt, de scena quondam recitata esse, quotque soccum sapiunt e Didymi lexico comico, quot cothurnum, e tragico ad nos pervagata esse. Aliter decernit Meier comm. Andoc. VII, part. XIII p. 69, cui in comico lexico explicationes tantum vocum *θῆτες* et *ὅσιος* exstitisse videntur. — Itaque *κωμικῇ λέξει* haec iure mihi vindicare videor, quibus Rankianis copiis p. 134 sq. cumulus accedet.

14.

Phot. 321, 23 *οἰνόπται· ἐπιμεληταὶ τοῦ τοὺς φράτορας ἡδὺν οἶνον ἔχειν. Δίδυμος οὕτως ἀποδίδωσιν· εὐτελὴς ἀρχή τις Ἀθήνησιν* (321, 20) *παρέχουσα λύχνους καὶ θρυαλλίδας ἐν ἑορταῖς τισιν.* Cf. Poll. VI 22 p. 233 Bekk. Hes. II 730 *οἰνόπται ἀ. εὐ. καθ' ἣν* (l. *Ἀθήνησιν*)[1])

1) Vocc. *Ἀθῆναι* et *Ἀθηνᾶ* librariorum socordia saepissime corrupit: e. g. ap. Lucian. musc. encom. 5 III p. 242 Iebz. pro *Ἀθηνᾶν* cod. A. (Gorlic.) exhibet *καθαρᾶν*, idem lib. ms. III p. 118 *Ἀθησιν* pro *Ἀθήνησιν* praebet. *ΑΟΠΝΑϹ*, quod in cod. Apoll. Dysc. de pron. p. 109A 3 [cf. p. 196 Bekk.] apparet, editor recte in *ΑΘΗΝΑϹ* mutavit. *Ἀφίδνας* pro *Ἀθήνας* scribendum esse in promptu est ap. Paus. I 41, 5 ex ipso Pausan. II 22 Herod. IX 73 Diodor. IV s. 63' Facii sunt verba t. I p. 157. Heyn. ad Apollod. II 7, 1 p. 449: 'δι' *Ἀθηνᾶν*, vix sanum hoc.' Solemnis est confusio vocc. *Ἀθῆναι* et *Θῆβαι*, P. Wesseling. Diod. I p. 311 Scalig. Euseb. Chro. DCCCX. Meinek. exx. phil. 1846 p. 4. Athen. II 44 C schol. Ar. Ach. 862 schol. Pind. Ol. II 48. De permutatis *Ἀθηνῶν* et *ἀσθενέσι*, *Ἀθῆναι* et *ᾄσθῆναι* et *ἄνθρωποι*, *ἀπήνης* et *Ἀθήνης* cfr. R. Unger parad. Thebb. p. 452. Confundantur adeo *ἄτιμον* et *Ἀθηναῖον* ap. Dion. Chrys. or. LXXX

*θρυαλλίδας καὶ λύχνους καὶ τὰ τοιαῦτα δεῖ τὸν αἱρεθέντα ἄρχοντα παρέχειν.* — Respexit Didymus Eupolidis Urbes: cf. Ath. X 425 B, unde Philinum quoque oratorem h. v. usum esse discimus. Vid. Geopon. VII 7, 1. Sigon. de rep. Ath. IV p. 147. — Plura reperiuntur vocabula ab *οπτης* composita, e quibus notissima sunt *αὐτόπτης ἐπόπτης ἐφόπτης κατόπτης*, rarioris usus *διόπτης* Hes. I 1002 *ἱερόπτης* Phrynich. I p. 44, 7 Bekk. *λαμόπτης* Hes. 422 *λινόπτης* id. II 483 Phot. II 225, 7 Polluc. V 17 p. 194 Bekk. *πανόπτης* id. II 855 *παντεπόπτης* II 855 *ὑπερόπτης* schol. Plat. p. 409 Bekk. *θεόπτης* Georg. Sync. Chron. I p. 23 Bonn.

15.

Phot. 340, 10 *Ὀξυθύμια — Δίδυμος δέ* (alia enim Aristarchi fuit explicatio, ut Harpocr. 54, 25. cf. nos p. 21) *φησιν ὀξυθυμίαν τὰ καθάρματα λέγεσθαι καὶ ἀπολύματα. ταῦτα γὰρ ἀποφέρεσθαι εἰς τὰς τριόδους, ὅταν τὰς οἰκίας καθαίρωσιν.* Harpocratio 138, 11 Bekk. post *Δ. δ.* addit *Αὐτοκλείδου λέξιν παραγράψας ἐκ τῶν ἐξηγητικῶν* [quo de cf. Meier comm. Andoc. VI p. VII n. 131]. — Hes. II 766 *ὀξυθύμια τὰ ξύλα, ἐφ' οἷς ἀπάγχονται, ἀπὸ τοῦ ὀξέως τῷ θυμῷ χρῆσθαι.* (hucusque Aristarchi sententia) *οἱ δὲ τὰ καθαρτήρια καὶ ἀποτρόπιμα ξύλα, ἅπερ εἰς τὰς τριόδους ἀποστρέψουσι καθαίροντες τὰς οἰκίας. τὰ οὖν ἀνακαθάρματά εἰσι τὰ λεγόμενα ὀξυθύμια* (haec Didymea). Haec quoque vox teste Photio 340, 18 est Eupolidea. Hes. *ῥαφανιδωθῆναι.* Cfr. Bekk. AG. I 287, 21. 288, 7 Poll. II §. 231 p. 106 (Schleiermacher in Wolf. Mus. d. Alterth. IV. p. 473, 4. Lob. Aglaoph. p. 633). V §. 163 p. 228 et. m. 568 = 626, 41 Suid. II 1 p. 1137 Piers. Moer. p. 284 = 209 Lips.

§. 6 ex A. Emper. in obss. p. 65 sententia, me iudice *ἀθέσμιον* et *Ἀθηναῖον.* In Colutho 186 MV Bekk. *Ἀθῆναι*, vulg. *Ἀθήνη*; Lennep. *ἐκεῖναι.* Male. Locus, siquis alius, est integerrimus, egetque interpretatione, non emendatione. Devius errat etiam F. F. H. Passow. p. 17. — Recte F. G. Wagner: weisst du nicht dass solche Athenen viel ohnmächtiger sind, welche mit ruhmvollen Kriegen sich brüsten, und wenn man die Glieder genau untersucht, weder Mann noch Weib sind?'

16.

Phot. 352, 19. Harp. 140, 9 *Ὅσιον — Δίδυμος δὲ διχῶς φησι λέγεσθαι τὸ ὅσιον, τό τε ἱερὸν καὶ τὸ ἰδιωτικόν.* Hes. II 794 *ὁσίους θαλάμους κτέ.* schol. Plat. p. 397.

17.

Harp. 149, 22. Phot. 406, 17. Suid. II 2 p. 170 *Πέλανος — Δίδυμος δὲ κυρίως φησὶ τὸ ἐκ τῆς παιπάλης πέμμα — ἐπὶ τοῦ στόματος ἀφρὸν δηλοῖ.* Hes. II 903 *Πέλανος πέψιν ἔχων ῥυπαράν* (cf. schol. Ap. Rh. l. c.) *ἢ τὸ ἐκ τῆς πώλης* (l. *παιπάλης*) — *τῷ στόματι ἀφρόν.* Sannyrionem e comicis hoc vocabulo usum esse scimus. Cf. schol. Hom. Il. Σ 560 schol. Apoll. Rhod. I 1077 IV 712 schol. Aesch. Perss. 203. Poll. VI 9 Timac. lex. p. 211 Phot. ad Amphil. in A. Mai Scr. vett. nov. coll. I p. 229 sq. et. m. 659 = 597, 15 Suid. II 2 p. 169 Bachm. anecdd. I 235, 20. — Hom. l. c. Odyss. κ 520 Aesch. Eum. 262 Choe. 82 Pers. 519 Eur. Or. 220. Alc. 851. Iph. 300 Hipp. 147. Tro. 1063 Rhes. 430.

18.

Phot. 436, 14. Harp. 154, 22. Suid. II 2 p. 324 *ποδοκάκκη — ἢ κατὰ συγκοπήν, ὥς φησι Δίδυμος, οἷον ποδοκατοχή.* Hes. II 987 — *ἢ κατὰ συγκοπὴν ποδοκατοχή.* Platonis testimonium unus adposuit Hes., comici an philosophi incertum. Bekk. anecdd. I 292, 21 (Bachm. anecdd. 344, 16) schol. Demosth. Bav. 103 Lucian. Lexiph. 10.

19.

Phot. 455, 10. Harpocr. 158, 12. Suid. II, 2 p. 443 *Προκώνια — Δίδυμος δὲ προκώνια, φησί, πυροὶ μέλιτι κεχρισμένα. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ γραμματικὸς καὶ Κράτης κτέ.* Hesychius II 1034 ex Aristophane quidem solo profecit; at huius Cratetisque testimonia Didymum adscripsisse perquam probabile est. Cf. quae collegit Nauck. Ar. Byz. fr. p. 223.

20.

Phot. 483, 24 *Ῥάχετον* (l. *τρον*) *τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου, ἀφ' οὗ ἀρχὴ τῆς ῥάχεως. Δίδυμος δὲ πλευρόν.* Quid de familiari Graecis inconstantia generis praeceperit Didymus, docet Hesychius II 1194 *ῥάχετρον ῥαχίς, ὡς πλευρὸν καὶ πλευρά.* (vid. Lobeck. ad Phryn. p. 762) *οἱ δὲ τὴν ῥάχιν τοῦ ἱερείου.*

Deniqne de *τευτάζειν* conferas, quae infra exponemus.

21. 22. 23.

Etymologus magnus plnrima Diogeniano accepta refert, Diogenianus Pamphilo, Pamphilus ac Zopyrio Didymo. Tamen non sunt plus qnam tris loci, qui quidem a reliquis lexicographis absnnt omnibus, qnos e comico Chalcenteri lexico in et. m. immigrasse non sine specie veri dixeris. Et. m. 146, 39 = 133, 39 *Ἀρνεῖα: τὰ κρεοπώλια. Δίδυμος.* Hes. I 542 *ἀ: τὰ κρεοπωλεῖα τῶν προβάτων.* Et. m. 345, 3: *Ἐνωπίδες: αἱ θεράπαιναι παρὰ τὸ ἕπεσθαι. Δίδυμος.* Locus affectus; rescribe Hes. I 1413 auctore *ἐπωπίδες ἐπίσκοποι, ἀκόλουθοι παρὰ Λακεδαιμονίοις* coll. et. m. *ἐπωπίδα.* Fuerunt igitur qni *ἐπωπίδες* vocabulum compositum (*ἐπὶ-ὤψ*) arbitrarentur, alii qui *ἐπωπίδες* accinerent, derivarentque ab *ἕπεσθαι.* Cf. Lycoph. 1179 Lobeck. Aglaoph. I p. 224. Adde *ἐπάμονες.* — Et. m. 347 *ἐπίβδαι* coll. Hes. I 1041 Ruhnk. Tim. p. 119. Aristid. I p. 352.

At vero in suscepta hac de Didymi voluminibus commentatione cum non hoc solum consilinm moliamnr, ut, quae adposito viri laboriosissimi nomine circumferantur, librorum reliquias in unum cogamus, sed etiam, quaecumque nomine non adiecto ad enndem auctorem revocanda esse videntnr, dispicere et sno quaeque auctori vindicare studeamus, video iam nostris humeris hoc imponi negotium, ut, quod Meinekius l. c. dudum coniecit, 'dubitari non posse, quin multa, quae apud Hesychium, Harpocrationem, Eustathium ceterosqne grammaticos tacito auctoris nomine legantur, ex codem fonte fluxerint,' id rectissime coniecisse virum omni laude maiorem adcuratius nobis demonstrandum sumamus.

Nam C. F. Rankius, vir et ingeniosissimus et huic potissimum labori si quis alius doctrina copiisque par, in comm. de Hesych. p. 135 cursu viaque, ut videtur, fessus, reliquum hoc itineris spatium, assumptis alarum remigibus, sublimis praetervolans, humili pede permetiri supersedit. Ac video profecto longis me erroribus actum iri, quem, quominus cursum constanter teneat, ignoto pelago subfusae noctis caligines impediturae sint: utut est, anceris solutis proras iam in mare prospicere iubebo.

24.

Sed iam recisa praefationis mora fundum disputationis faciam locum Athen. Deipnos. XI p. 501 D *Κρατίνου δ' εἰπόντος ἐν Δραπέτισι· 'Δέχεσθε φιάλας τάςδε βαλανειομφάλους'· Ἐρατοσθένης ἐν ια περὶ κωμῳδίας* (cf. Bernhard. Erat. p. 228) *τὴν λέξιν ἀγνοεῖν φησι Λυκόφρονα. τῶν γὰρ φιαλῶν οἱ ὀμφαλοὶ καὶ τῶν βαλανείων οἱ θόλοι παρόμοιοι, εἰς δὲ τὸ εἶδος οὐκ ἀῤῥύθμως παίζονται. Ἀπίων δὲ καὶ Διόδωρός* (Bergk. comm. de comoed. Att. reliq. p. 65 *καὶ Ἡρόδωρος ὥς φησι Π.*) *'φιάλαι ποιαί, ὧν ὁ ὀμφαλὸς παραπλήσιος ἠθμῷ.' ὁ δὲ Μυρλεανὸς Ἀσκληπιάδης ἐν τοῖς περὶ Κρατίνου· 'βαλανειόμφαλοι λέγονται, ὅτι οἱ ὀμφαλοὶ αὐτῶν καὶ τῶν βαλανείων οἱ θόλοι ὅμοιοί εἰσιν.' καὶ Δίδυμος δὲ τὰ αὐτὰ εἰπὼν παρατίθεται* (*τὰ* add. Toupius; de voce *παρατίθεται* cf. Hemst. ad Ar. Plut. 720) *Λυκόφρονος οὕτως ἔχοντα· 'ἀπὸ τῶν ὀμφαλῶν τῶν ἐν τοῖς γυναικείοις πυέλοις, ὅθεν τοῖς σκαφίοις ἀρύουσιν.'* Quam quidem sententiam suam, ubi tandem explanaverit Didymus, utrum in commentario in Cratini Fugitivos an in lexico comico, ex Athenaeo colligere non possumus, tamen, ut eam in iusto commentario aperuerit, neque a lexico comico afuisse, nemo, opinor inficiabitur, qui modo haec Hes. I p. 684 contulerit: *Βαλανειομφάλους, οὕτω Κρατῖνος ὠνόμασε τὰς ἐχούσας ὀμφαλοὺς ἄνευ προςώπων ὁποῖας οἱ θόλοι*[1]) *ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐν πυέλοις ἐν τοῖς βαλανείοις*

1) Locum hunc explanat etiam Lobeck. Aglaoph. II p. 1004 adscripto in adnotatione [d] loco Caesarii Dial. III p. 652 C bibl. Bign.

quae lecta continuo in hunc fere modum meum emendatum ibis: *ὠνόμασε φιάλας τὰς ἐχούσας ἄνευ προσώπων, ὁποῖοι οἱ θόλοι ἐν τοῖς βαλανείοις. ἢ ἀπὸ τῶν ὀμφαλῶν τῶν ἐν τοῖς γυναικείοις πυέλοις*, coll. Eustath. p. 1291 Bekk. anecdd. I 225, 6. Atque *ὀφθαλμῶν* iamdudum explosit Sopingius, Guyetus. Ceterum de confus. voce. *ὀμφαλοί* et *ὀφθαλμοί* cf. Gesner. ad Agath. ap. Stob. flor. tit. C §. 10 n. e. Iacobs. ad Ach. Tat. p. 403 C Philostr. imag. p. 774; de conf. *ἐπὶ* et *ἀπὸ* Wesseling. ad Diod. I p. 203, 721 Markl. ad Eur. suppl. 644 Schaef. ad Ap. Rhod. I 326, 344 meletem. critt. p. 93. Quid igitur? habes Hesychium et Athenaeum in summa rerum non modo ad verbum concinentes, sed lexicographum etiam aliquot verbis locupletiorem Deipnosophista. Ac profecto verborum *ἄνευ προσώπων* ea est conditio, ut hominem haud indoctum tibi exaudire videare, qui, ne cui *προσωποῦνται* (cf. Hés. II 1056 et Poll. p. 66 Bekk.) in mentem venire possent, his ipsis verbis adiectis cautum esse voluit. Hunc ut Eratosthenem fuisse credam aut Asclepiadem Myrleanum, reluctante Naucratitae testimonio, a me non obtineo; Didymi nos additamentum legere persuasissimum habeo, priorum sententias non modo in ordinem redigentis, sed obiter etiam emendantis. Nam aut Pamphilum aut Diogenianum aut denique Hesychium haec de suis addidisse parum est credibile. Accedit, quod totum Hesychii locum e Didymi copiis profectum esse in unum conflatae Eratosthenis, Asclepiadis et Lycophronis, quem silentio praeterire Didymum noluisse Athenaeus testis est, clamant sententiae. Sed quid attinet hoc verbis amplecti, cuius vis tanta est, ut nemini non primum haec inter se conferenti testimonia eandem se insinuasse sententiam spoponderim. Ceterum illi Athenaei Hesychiique loci vel eo maxime memorabiles sunt, quod, quale tandem fuerit Didymi in lexico condendo ministerium, inde perspicue cognoscimus. Videlicet, principum in hoc commentandi genere grammaticorum sententias

t. XI p. 94, unde in Dione Chrys. II p. 773 Emp. = or. LXXIX §. 2 corrigas: *τῶν ὀροφῶν τὰς πάνυ παλαιὰς τῆς αὐτῆς εἶναι πέτρας*. In eiusd. or. §. 6 pro *ἐνίων* (*ἐννοῶν* Reisk.) leg. *ἐπιόν μοι*.

in brevius contractas ita componebat, ut fere ei, quam primo loco poneret, suum calculum addidisse videretur, indigno tamen ne ea quidem oppressa silentio, cui minorem ipse probabilitatem tribueret. Itaque Eratosthenem Lycophronemque prae ceteris eum consuluisse, cum per se probabile sit, tum compluribus ad liquidum me perducere posse argumentis confido, dummodo hoc mihi concedatur, non excerpta quaedam e Didymi nescio quibus commentariis amplioribus, sed praeter *τραγικὰς* etiam *κωμικὰς λέξεις* Didymi, quas composuisse eum Orus auctor est, omnes in Hesychii congerie inesse.

25.

Age, ut geminum exemplum promam, audiamus Didymum Athen. IV p. 139 C sqq. *ταῦτα μὲν ὁ Πολέμων. πρὸς ὃν ἀντιλέγων Δίδυμος ὁ γραμματικός — διαῤῥήδην λέγων, μάζας ἐν ταῖς κοπίσι παρατίθεσθαι — τοῦτο γὰρ οἱ βάρακες δηλοῦσιν, οὐχὶ τολύπας, ὥς φησι Λυκόφρων ἢ τὰ προφυράματα τῶν μαζῶν, ὡς Ἐρατοσθένης*[1]). Consentit Hes. I 691 *Βάρακες· τὰ προφορήματα τῆς μάχης, Ἀττικοὶ δὲ βήρικας. δηλοῖ δὲ καὶ τὸν λύπην*, cui loco impactas maculas detergere studet Salmas. cxx. Plin. p. 90, rescribendo *προφυράματα, μάζης, τὴν τολύπην*[2]). Succedat tertium exemplum simillimum.

26.

In scholiis ad Ar. Vespp. 239 citatur Lycophro ex Eratosthenis auctoritate: *Τοῦ κορκόρου πρὸς τὸν Λυκό-*

1) Cf. Bernhardyi Eratosth. XLVII p. 233 sqq. — Praeterea huc pertinet Hesych. I p. 691 *βάῤβαξ* I p. 724 *βήραξ*, Bekk. anecdd. I p. 226, 1 et. m. 188 = 171, 39. Eustath. 1414, 29. — Vid. Steph. Thes. Par. II fasc. I p. 115 Lobeck. Aglaoph. II p. 1064—9. 1071. 1076, qui cum *βάρηξι* aptissime contendit *θιάγονας* Hes. Ath. III p. 114 B. — Fluxit quidem Didymi satis verbosa adnotatio, quam Athen. l. l. ad verbum transscripsit, ex amplioro quadam hominis disputatione, qua Polemonem grammaticum (vid. Preller. Polem. p. 137) exagitavit; sed summam eius in comicum lexicon transmigrasse fidem facit instituta Athenaei Hesyschiique comparatio.

2) In Hes. I 654 pro *ἀχαίας. λύπας* lego *ἀχαίας τολύπας*.

φρονα κόρκορον λέγοντα ἰχθύδιόν τι. ἠπάτηται δέ, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης. ἔστι γὰρ λάχανόν τι ἄγριον καὶ εὐτελὲς ἐν Πελοποννήσῳ, ὡς καὶ ἡ παροιμία. '[καὶ] κόρκορος ἐν λαχάνοις.' Atque utraque vocabuli explicatio etiamnunc exstat apud Hes. II 320: κόρκορος· εἶδος ἰχθύος ἢ λάχανον. [Bernh. Erat. p. 213 sq.]

27.

Neque iis Hesychius caret, quae ex duumvirum illorum copiis depromsit schol. ad Ar. Vespp. 724 (702) Ἐπισίζῃ Λυκόφρων καὶ (Bernh. XVIII p. 217 ὡς lacuna post ἐπισίζειν indicata) οἱ περὶ Ἐρατοσθένη(ν) τὸ ἐπαφιέναι τοὺς κύνας ἐπισίζειν κτέ. vid. Hes. I 1383 ἐπισίξαι ἐπισίξας. ἐπισίττειν. ἐπιῤῥύξειν. De re cf. Piers. ad Moer. p. 157 A. Nauck. Arist. Byz. p. 161.

28.

Quintus procedat schol. ad Ar. Pac. 703 (701) Ὠρακιάσας· οἷον ὠχριάσας ἢ ἑλκυσθεὶς (l. ἑκλυθείς) ἢ λειποψυχήσας ἢ ἀθυμήσας. ὡς φιλοπότην δὲ πάλιν διαβάλλει τὸν Κρατῖνον μετὰ ἑκλύσεως ἐσκοτωμένον, ᾧ ἴσως ἀκολουθεῖ καὶ τὸ ὡρακιάσας, τοιοῦτοι δὲ οἱ λειποψυχοῦντες. τρέπεται γὰρ αὐτῶν ἡ χροιά. Λυκόφρων δὲ τὸ ὡρακιᾷν ἀντὶ τοῦ ὠχριᾷν, Ἐρατοσθένης δὲ τὸ ὑπὸ ἑκλύσεως ἐσκοτῶσθαι κτέ. Quibuscum conf. Hes. II p. 1594 ὡρακιάσας et ὡρακιᾷν et. m. 823 [747], 33 Piers. Moer. p. 415 Tittm. Zonar. II c. 1892 sq.

29.

In partem veniat etiam schol. ad Ar. Pac. 198 Ven. Λυκόφρονά φησιν Ἐρατοσθένης τὸ κύτταρον λέγειν, ἐν ᾧ οἱ φηγοί (i. e. glandes) ἐγκάθηνται, οὐκ ὀρθῶς. κυττάρους γὰρ καλοῦσι τὰς τῶν κηρίων καὶ σφηκῶν κατατρήσεις, ὡς καὶ ἐν Σφηξὶν εἴρηκεν. (1006) ὥσπερ οἱ σκώληκες ἐν τοῖς κυττάροις κινούμενοι. Θεόφραστος (3, 3, 8 III p. 145 Schneid.) δὲ κυρίως λέγει προάνθησίν τινα τῆς πεύκης. καὶ τῆς πίτυος ἥτις ἐστὶν, ὥσπερ στάχυς ἐκ μεγάλων πυρῶν. ξηραινόμενος δὲ θυλακοῦται καὶ ἀποπίπτει. οἷον οὖν ἀγγειῶδες κτέ. Adhibendus etiam

schol. Ar. Thesm. 523 et Vespp. 1106, quorum locorum posterior aperte e Didymi lexico comico transscriptus est. Facit huc Hes. II 383 κύπαρος II. p. 290 κύτταροι (coll. F. G. Wagner. fragm. trag. III p. 72). Cf. Phot. 192, 19 Polluc. I 254 VII 147 Suid. Vol. II 1 p. 476 et. m. 193, 1—13, qui Lycophronis animadversionem non omisit, testemque insuper excitat Aristotelem, ut videri possit Didymi verba adcuratius excerpsisse. V. Schneid. L. Gr. I p. 717.

30.

Postremo loco dignus est, quo utamur, ipsius Hesychii locus II 194 ad id, in quo cardo rei versatur, comprobandum aptissimus κατειλυσπωμένην (Ar. Lys. 723). ὁ μὲν Λυκόφρων καταρτωμένην, Ἐρατοσθένης δὲ συγκεῖσθαι τὴν λέξιν ἐκ τοῦ εἰλεῖν καὶ σπᾶθαι. Audis igitur editis verbis ipsum testantem lexicographum id quod diximus, Lycophronis atque Eratosthenis de vocabulis e comoedia petitis intellectu difficilioribus sententias in unum conflatas in ipsius farraginem transmigrasse, conflatas vero a Didymo esse, ex Athenaei auctoritate pendentes haud improbabili opinor coniectura statuimus.

Quod si hanc meam sententiam lectoribus probavi, spero fidem fore verbis meis, cum eas quoque Hesychii glossas, in quibus aut Eratostheni aut Lycophroni denunciatur testimonium, ex eodem fonte (Didymo) fluxisse dicam. Agmen ducat Hes. II 1376 τευτάζει· σκευωρεῖ (l. — εῖται), ἡσυχάζει, διατρίβει, οἱ δὲ φροντίζει: quae sunt quattuor grammaticorum conglutinatae interpretationes, Lycophronis Artemidori Didymi et quarti nescio cuius, qui λέξεις ῥητορικάς vel composuerat vel compilaverat.

31.

Testantur Phot. 571, 16 ταυτάζειν (cf. Lobeck. technol. p. 222) 583, 10 = Mich. Apost. Cent. XVIII 10 p. 227 LB. Elz. et. m. 755 (685), 38 τευτάζειν πραγματεύεσθαι καὶ σκευωρεῖσθαι. ἢ στραγεύεσθαι καὶ πολὺ διατρίβειν ἐν τῷ αὐτῷ. Λυκόφρων οὕτως. καὶ Δίδυμος προσθεὶς

ὅτι ἐνίοτε σημαίνει καὶ τὸ φροντίζειν. Ἡρακλέων δὲ[1]), καταμεμψάμενος Λυκόφρονα, φησὶν εἶναι τὸ ἐπιστρεφῶς τι πράττειν ἢ ἐνεργεῖν. καὶ Ἀρτεμίδωρος (add. δὲ) τὸ φροντί-

1) Idem Heracleo sic Didymo socius adiungitur ap. Harpocr. 124, 17 *ματρυλεῖον*. Tamen Didymum in lexico comico hoc Heracleone usum esse diffido. Neque enim in Hesychio II 1376 *τευτάζει* Heracleonis vocabuli interpretatio comparet adiecta, neque s. v. *ματρυλεῖον* vestigia eum Heracleonis legisse ex Hesychio ulla arte concludas. Itaque cum in Hesychio haud raro Heracleonis mentio iniciatur — quinque enim in locis nomen adiectum legitur I 824 *γεφυρίς* (ubi *ἄλλοι* opponuntur) II 1352 *ταυληρόν* H 1356 *τεθήσεται* II 1385 *τιγγαβάρι* II 1423 *τριχθάδες* (ubi ipse alterius sententiam refutat) — et quidquid apud Athenaeum ex Heracleonis Ephesii glossis legitur, apud Hesychium quoque conspiciatur (vid. F. Rank. l. c. p. 111 sq.), certe non integrum videtur, ut ea quoque, quae Photio et Harpocratione testibus Heracleo aliquis de vv. *τευτάζειν* et *ματρυλεῖον* commentatus est ad Ephesii *λέξεις* referamus, quamquam ea ab Aegyptio cognomine profecta esse non dixerim. Verisimilius est utramque sententiam in singularibus quibusdam Heracleonis Ephesii libris expositam fuisse. — Ceterum de H. Aegyptio sive Tilotensi, quodo complura comporta habemus, cf. Spitzn. ad Il. XVI 228. Meier comm. Andocc. VI 2 p. XII XIII not. 100, a quo omissa testimonia veterum adde sis haec: Steph. Byz. 11, 34. 75, 24. 171, 4. 52, 36. Schol. Apoll. I 769 III 37 (unde Antiaristarcheum deprehendimus) et. m. 421, 53, ubi lectionem depravatissimam *Ἡρακλέων ἐνοδίοις* (cf. et. Gud. 334, 12 *Ἀνδρονίκου εἰς τὸ δὸς* ubi Beccard. l. l. p. 21 legit *Ἀριστονίκου εἰς τὸ ᾧ ὀδυσσείας*. W. Ribbeck. male de Zenod. p. 8. coll. Ath. 581D. *εἰς τοὺς Ἀνδρονίκου ἐπιγόνους*) persanatum eas sic mecum emendando: *Ἡρακλέων ἐν ν* (sc. *ὑπομνήματι*) *Ὀδυσσείας*, quamquam nescio, quae tandem Heracleonis scholia innuat Gataker ad Anton. p. 103 col. 1, 31. Neque audiendus Sopingius est, cui, cum Eustathium p. 210, 30 (vid. Meier l. c. VI p. 35) videret lexici cuiusdam rhetorici veteris, tacito nomine auctoris, iisdem fere verbis, quibus Hesychius utitur s. v. *τιγγαβάρι*, meminisse, Heracleo istius lexici conditor esse videtur. Suidas quid sibi voluerit II 1 p. 597 *Λογγῖνος*: — *λέξεις Ἀντιμάχου καὶ Ἡρακλέωνος* haud facile dixeris. Langbaen. *Κλέωνος*, Hemsterhusius *καθ' Ἡρακλέωνος*, D. Ruhnkenius nihil mutat. Equidem Hemsterhusii coniectnram *καθ' Ἡρακλέωνος*, necessariam censeo, verba tamen, procul dubio suo loco mota, antecedentibus *λέξεων δ'* adnectere malim, nisi praestat intellegere *λέξεις Ἀντιμάχου* i. e. lectiones ab Antimacho in editione Homeri admissas, de quibus fortasse tractavit Heracleo (cf. schol. BL. Il. *A* 298 *μαχήσομαι*) adversarium nactus Longinum. Ceterum in eodem Suidae loco pro *κατὰ φειδίον* quamquam Ruhnken.

*ζειν. Φρύνιχος Μύσταις· Μάστιγα δ' ἐν χερσὶν ἔχων τευτασθαι* (cf. Bergk. rell. comm. Att. 375) *Πλάτων Ξάνταις·* (cod. et. ms. Par. *Ξαντρίας*) *Ἦν δὴ θόρυβος τευταζόντων* (*τευξάντων*) *ἀντὶ τοῦ πραγματευομένων ἢ διατριβόντων.* (*καὶ ἐν Τιμαίῳ* [opp. t. III p. 90 B]· *τῷ μὲν οὖν περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἢ φιλοτιμίας τετευτακότι. οἷον διατετριφότι. γράφεται καὶ τεταυτακότι* [*τετουτακότι*]) *Τηλεκλεδίης· πάντες δὲ τευτάζουσιν οἱ διάκονοι. ἀντὶ τοῦ πραγματεύονται, σκευωροῦνται Φερεκράτης· ὁ δὲ παῖδα καλεῖ καὶ τευτάζει τούτῳ δεῖπνον παραθεῖναι. Σημαίνει δὲ καὶ τὸ σπουδάζειν. Πολιτείας ζ.* (vitiosa rell. libb. lectio *δε* cf. Schneider ad Plat. Civ. VII p. 521 E = vol. II p. 277) *καὶ τὸ ἡσυχάζειν. καὶ τευτάζων, τὸ αὐτὸ ἀεὶ λέγων, φλυαρῶν.*

Eadem fere habet et. m. l. c., nisi quod primum pro *Ἡρακλέων* exhibet *Ἡρῳδιανός* (Valcken. Eur. Phoen. p. 744 Ruhnk. Tim. Lex. p. 182), pro *Λυκόφρονα*: *Λυκόφρονος*, deinde Artemidori Phryniehi Pherecratisque testimonia omisit inque fine additum habet *ῥητορική*. [cf. schol. Plat. p. 42 Ruhnk. Mich. Psell. in cod. Taur. CLXV fol. 61 ap. Am. Peyron. ad et. m. l. c. post et. Gud. p. 1047] Quaenam illa *ῥητορικὴ λέξις* intellegenda sit, hodie non magis colligi potest, quam quota observationis ap. Photium et et. m. exstantis pars ad rhetoricum lexicon, quota ad alios quosdam fontes referenda sit. Hoc tamen scimus Aelii Dionysii longe praestantissimum opus hoc loco a neutro adhibitum esse, quippe ex quo Eustathius p. 968, 3 haec excerpserit: *τευτάζειν λέγεται κατὰ Αἴλιον Διονύσιον τὸ ἐπὶ πολὺ προσεδρεύειν τῷ αὐτῷ πράγματι.* Vid. Meier de lexx. rhet. p. 14 coll. p. 41. Deinde, siquidem lexicographorum morem scribendique genus non funditus ignoro,

diss. §. XIV p. XLI. II ed. Egger Langbaenii coniecturam *κατὰ Μειδίου* probat, codicum ABVE vestigia: *κατὰ φυβίου* pressius secutus, haud cunctanter rescribo: *περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου.* Cf. Muson. ap. Stob. flor. CVII 8 vol. III p. 387 Gf. *τό τε κατὰ φύσιν βιοῦν.* Φ enim vel φ̈, vocabuli *φύσις* compendium esse, cum in vulgus notum sit, tum A. Nauckius in Aristoph. Byz. p. 60 n. 83 egregie demonstravit. Corruptum est Heracleonis nomen ap. Prob. Verg. Ecl. V 31 Vol. II p. 352, ubi inepte Empedocli iungitur Heracleo.

alius auctoris sunt verba πραγματεύεσθαι — δεῖπνον παραθεῖναι, alius σημαίνει — φλυαρῶν. Quaerendum igitur est, priora sintne ab uno auctore profecta an non. In quo primum hoc velim animadvertas, quod quae apud Hesychium exstat tertia verbi persona τευτάζει aperte Pherecratis comici poetae locum a Photio excitatum intuetur, ut, cui-cui auctori Hesychius sua debet, hic aperte ad versum illum Pherecratis suam explicationem aptasse et accommodasse videatur. Hunc igitur ipso Photio auctore agnosco Didymum, a Pamphilo sive Diogeniano cum aliis in condendo amplissimo illo lexico adhibitum. Ac Didymus quidem idem Lycophronem commemoratione dignum esse censuit, idem Artemidorum, cuius memoriam clariorem reddidit Rankius de Hesych. p. 103 sqq. 105. Nam de suo eum tertiam addidisse verbi τευτάζειν notionem, ὅτι ἐνίοτε σημαίνει καὶ τὸ φροντίζειν, quominus credamus obstat vocabuli προσθείς usus frequentissimus; — tamen quod Artemidori nomen adiectum hodieque apud Photium legimus, id Pamphili, quem Diogenianus exscripsit, religioni nos debere persuasum habeo, ad quem Heracleonis quoque Ephesii mentionem referendam esse probabile facit Rankii iudicium sane firmissimum (de Hesych. p. 111 sq.). Supersunt tamen nonnulla, quae cum in Photii atque etymologi locis tum in Hesychio male me habeant. Namque ubi primum Hesychii verba relegi, maximopere me offendit vocabulum ἡσυχάζει inter Lycophronis explicationes importune interiectum, quo lexici rhetorici auctorem v. τευτάζειν interpretatum esse coniecimus, ut h. l. vi expellendum esse videatur. Sed attentius inspicienti Photium atque ἤ particulam disiunctivam animadvertenti hoc in mentem veniat necesse est, Lycophronis haec tantum verba esse στραγγεύεσθαι καὶ πολὺ διατρίβειν ἐν τῷ αὐτῷ. Quod si ita est, Didymus praecedentia verba aut omnino non scripsit, aut si scripsit, quod ad credendum proclivem me esse fateor, aliunde apposuit, fortasse Eratosthenis copiis usus, ad quas ne lexici quidem rhetorici conditori aditus praeclusus esset. Tantum de Hesychio. Photii explorare fontes, ut ab hoc loco re aliena, supersedeo, insiticia tamen

esse aut loco non suo posita verba *καὶ ἐν Τιμαίῳ — τεταυτακότι* monuisse satis habeo. Forsitan fluxerint ea e Timaei vel Boethii lexico Platonico. Vidimus igitur, quod huc usque pro certo sumpsimus magis, quam cui demonstrando pares fuimus, etiam in comico lexico condendo Didymum decessorum vestigia sequi, ut exemplo utar paratissimo, Lycophronis atque Artemidori. Ut enim constat, Pherecratis fabulas accuratissime explorasse Eratosthenem, ita Didymum in easdem commentatum esse nemo unquam dixit, unde efficitur, ut et Photius et Hesychius s. v. *τευτάζειν* comicum Didymi lexicon compilaverint. Volentes igitur in eam suspicionem abripi nos patiemur, quotquot apud Hesychium aliosque exstant loci comici sermonis colorem renidentes, quorum gratia Lycophroni denuncietur testimonium, ad unum omnes e Didymi scriptis percrebruisse, neque, cum ubique fere Lycophroni fidissimum viae comitem sociumque laborum adhaerere videamus Eratosthenem, Eratosthenicas sententias de vocibus, quae quidem humiliorem socci sermonem resonant, expositas alia via in lexicorum spatia nisi per Didymum patefacta intrasse nostro iure suspicabimur.

Prementibus igitur Lycophronis vestigia hae eius animadversiones occurrunt. 1) Phot. p. 507, 9 coll. Suid. II 2 p. 708, 720 *σεσέλλισαι· μάτην ἐπῆρσαι, ἀπ' Αἰσχίνου τοῦ Σέλλου, ὃς ἦν κομπαστὴς καὶ ἀλαζὼν ἔν τε τῷ διαλέγεσθαι καὶ ἐν τῷ προσποιεῖσθαι πλουτεῖν. ὁ δὲ Λυκόφρων ἀπέδωκε τὸ σελλίζεσθαι ἀντὶ τοῦ ψελλίζεσθαι.* Utrumque, quamquam locis diversum, habet Hesychius II 1186 *σελλίζεσθαι· ψελλίζεσθαι. τινὲς δὲ σελλίζει ἀλαζονεύει.* II 1171 *σεσελλίσθαι· ἀλαζονεύεσθαι καὶ σκώπτειν, ἀπὸ Αἰσχίνου τοῦ Σέλλου.* Prior igitur explanatio Lycophronis, posterior vide ne ex Eratosthenis de comoedia libris promanaverit, integriore cultioreque habitu servata apud Hesychium II 1162 *σεελλίσαι· Φρύνιχος ἐν Κρόνῳ· Ἄγαμαὶ Διονύσου στόματος ὡς σεελλίσαι κεκομμένα πολλάκις. Αἰσχίνης τις ὑπῆρχε Σέλλου καλούμενος, ἀλαζὼν καὶ ἐν τῷ διαλέγεσθαι καὶ ἐν τῷ προσποιεῖσθαι πλουτεῖν πενόμενος καθ' ὑπερβολήν, ὡς τοὺς παραπλησίους οὕτω καλεῖσθαι.* Cf. schol.

Ar. Vespp. 457. Meinek. Com. vol. II p. 584 sq. Auget fidem, Hesychiana e Didymi comico lexico profecta esse, quod hic Athenaeo IX p. 371 F teste in Phrynichi *Κρόνον* commentarium scripsit, unde in eiusdem comicum lexicon atque Hesychium etiam haec transmigrasse verisimile est, *γήθυα· ἀμπελόπρασα. οἱ δὲ γηθυλλίδας. οἱ δὲ μεγάλα κρόμμυα, ἄλλοι χλωρά.* Memoratu dignum est hoc loco Hesychium Athenaeo esse accuratiorem, singulis interpretibus singulas attribuentem explicationes. Deipnosophista enim in brevius contraxit: *ὅπερ ἐξηγούμενος δρᾶμα Δίδυμος ὅμοιά φησιν εἶναι τὰ γήθυα τοῖς λεγομένοις ἀμπελοπράσοις, τὰ δ' αὐτὰ καὶ ἐπιθυλλίδας λέγεσθαι* (leg. cum Dalec. *γηθυλλίδας*; cum Athen. codd. facit Eustath. 1155, 20). Sub *οἱ δὲ*, *οἱ δὲ* vide ne lateant Lycophro et Eratosthenes. 2) Phot. p. 497, 1 *Σακίζειν· τὸν τρυγώδη διὰ σάκκου καὶ στρέβλης ἡθεῖν οἶνον. οὕτω Λυκόφρων.* At horum in Hesychio nec vola nec vestigium superest, ut susceptus totus exantlatusque labor ad irritum cecidisse videatur. Non vereor. Succurrit enim ipse Hesych. II 1140 *σακκίζειν* (leg. *σακίζειν* coll. Piers. Moer. p. 261 ed. Lips.) *ἐπὶ τοῦ ἐκκενῶσαι διὰ κλοπὴν τοὺς σάκκους ὁποῖόν φασι τοῖς ἐργάταις* (*ὃ ποιεῖν φασι τοὺς ἐργάτας* I. Voss.) *ὡσεὶ ἔλεγε χαλκοδερμιστής κτέ.*, quibus summo iure haec adscripserunt Sopingius et Palmerius 'In voce *Σακκίζειν* et iis quae sequuntur multa mihi videntur turbata.' Quid igitur? quae tanta erit iudicii perversitas, ut loco manifeste corrupto adversus nos uti quis audeat? Quin tantum abest, ut h. l. nostra infringatur sententia, ut re accuratius perpensa non modo Hesychio opem ferre possimus, sed efficere etiam, ut nostro consilio respondeat eventus. Audi mihi Phrynichum[1]), quem merita laude extollit Bernhar-

1) Ac Phrynichum quidem si argumento opus est Didymo nonnulla sublegisse, conferas licet app. soph. ap. Bekk. anecdd. I p. 42, 1 cum Didymo ap. schol. Ar. Vespp. 1033. Phrynichus enim haec: *Ἡπιάλης ὁ ἐπιπίπτων καὶ ἐφέρπων τοῖς κοιμωμένοις δαίμων. τὸ δὲ διὰ τοῦ ᾱ ἕτερον τι σημαίνει τὸ καλούμενον ῥιγοπύρετον.* Scholia vero haec: *ἠπιάλοις· ἠπίαλος τὸ τοῦ πυρετοῦ κρύος — Δίδυμος δέ φησι δαίμων, ὃν Ἠπιάλην καὶ Τίφυν καὶ Εὐόπαν καλοῦσι κτέ.* (*Εὐόπαν*

dyus Grundr. d. gr. Lit. Gesch. II p. 966, in apparatu sophistico sic disputantem ap. Bekk. anecdd. I p. 68 ὑποσακίζεται τὰ χρήματα· ἀντὶ τοῦ ὑπαναλίσκεται, ὑποκενοῦται· ἀπὸ τῶν τὰ σακία κενούντων, ἢ ἀπὸ τῶν τοῖς σακίοις διηθουμένων, οἷον οἴνου ἤ τινος τοιούτου. ὑποσακίζεται οὖν τὰ χρήματα, οἷον ὑποῤῥεῖ. Iam evolvas Hesychium II p. 1474 s. v. ὑποσακίζειν ὑπηθεῖν τῷ σάκκῳ καὶ τὸ προςκόπτειν (προ — Salmas. in Capitol. p. 246 B). Quod si Lycophronis sententiam ad verbum in Hesychio non inesse negari quidem non potest, huic tamen simillima inde proferri posse animadvertendum est. De v. σακίζειν et ὑποσακίζειν cf. Phot. p. 630, 9 et. m. 783, 27 Ael. Dionys. ap. Eustath. p. 940, 20. Perquam igitur probabile est ap. Hes. l. c. post illa τοὺς σάκκους cum pluribus etiam Lycophronis interpretationem et mentionem excidisse.

quid sit, nescio. Aut legendum Εὐρυκόαν, quod Hesychius explicat μέγα ἰσχύων, aut restituendum Κύκλωπα coll. Artemid. 13, 7 Κύκλωπα ἰδεῖν ἢ τὸ ἄντρον αὐτοῦ — παραλελύσθαι ἢ νοσεῖν· cf. Reisk. Constant. cerem. II p. 358 ed. Bonn., nisi latet vox similiter formata atque Ἑρμόπαν, Ἀντίπαν, Τιτανόπαν, de quibus Choerob. Bekk. III p. 1198.) Hinc apparet Hesychium nos hoc quoque loco habere male dilaceratum. Nempe quae Hesych. I 1340 Ἐπιαλής exhibet ὁ ἐφιάλτης, ὃν Αἰολεῖς ἐφέλην, ἄλλοι ἐπιάλλην καὶ ἐπωφέλην καλοῦσιν debebant cum Ἠπιάλης comparare, ubi de daemone *Incubone* nihil legitur, neque accurate inter ἠπίαλος atque ἠπιόλιον distinguitur. Vice versa ap. Hesych. avis ἠρισάλπιγξ dicitur, quam scholl. Ar. Avv. Ἐρισάλπιγγα vocitant. Ceterum cf. Eustath. Odyss. λ p. 1687, 50 Il. 434, 12 et. m. 434, 5. Unde patet Aeolenses incubonem non ἐφέλην sed ἐπίαλον dixisse, siquidem Alcaeus intellegendus est lyricus (fr. 129 ap. Bergk. p. 595). Itaque vide ne ap. Hes. sedes mutare debeant ἄλλοι et Αἰολεῖς. Hes. I 1543 ἐφέλης. ἐπίαλτος. I 1414 ἐπωφέλης· ὁ καλούμενος ἐφιάλτης. I 1551 ἐφιάλτης ὁ ἐπιπηδῶν. II p. 85 Ἰφίαλος. ὁ ἐφιάλτης, ubi leg. ἴφια μῆλα· μεγάλα, ἰσχυρά. ἰφίαλος· ὁ ἐφιάλτης ἀπὸ τοῦ ἰέναι σφοδρῶς καὶ σκιρτᾶν. II 1395 Τῖφυς ὁ ἐφιάλτης. νεᾶλυς Piers. Moer. p. 373. — Hes. Ὠφελής. ὁ ἐφιάλτης. Eundem morbum Πνιγαλίωνα vocat Themiso ap. Paul. Aegin. 3, 15. Latini dicebant *incubonem*, ut Scribon. Larg. compos. 100 Tertullian. de anim. c. 44 Plin. h. n. XXVII 10 Verg. Aen. XII 908 Serv. ad Aen. VI 775 Vol. I p. 403 Lion. Voss. Idol. III c. 35 I. C. Zeunius animadv. in Macrob. Somn. Scip. c. III p. 15 (p. 763). Declinatur vox ἐπιάλης teste Bekk. anecdd. III p. 1198, 31 ἐπιάλητος.

Sed Hesychius l. l. ut sanissimus sit, quem depravatissimum iudicamus, ne tum quidem multum nos morabitur. Nam, tametsi probabile sit, id quod diximus, Lycophroneas verborum explicationes densissimo agmine in Didymi lexicon receptas esse, vix ut aliunde, quotquot apud Hesychium inveniuntur, irrepsisse videantur, tamen receptas esse omnes non modo evinci non poterit, sed etiam eo ipso refutabitur, quod inveniuntur nonnullae, eaedemque nempe reiecticiae, quae quidem in Hesychio Didymi copias continente non exstant. Itaque nude ut dicam, non tecte, quid sentiam, Eratosthenis Lycophronis Asclepiadis Myrleani Polemonis quotcumque nomine vel tacito vel adposito apud Hesychium inveniuntur interpretationes verborum, e Didymo huc promanarunt; aliorum, quae ab Hesychio absunt, omnium multitudinem satis amplam si Didymus memoria dignatus est, in singulari potius commentario, quam in lexico comico commemoravit. Quamquam in tanta Hesychii testimoniorum penuria aliquid sapere difficile est.

His evictis rectius iudicabimus de Lycoph. ap. schol. Ar. Vespp. 91 *Οὐδὲ πασπάλην· ἀντὶ τοῦ οὐδὲ βραχύ. πρὸς Λυκόφρονα δέ, ὅτι ἀδιορίστως ἀπέδωκεν ἐλάχιστόν τι. τινὲς δέ φασιν, ὅτι μαγνίτην κέγχρον πασπάλην φασί.* (Ald. *μαγνῆτιν πέτρον.* Nihil quod huc faciat inveni in Ph. Buttmanni diss. inserta museo antiq. 1808 vol. II.) De titivillitiorum significationibus Graecorum cf. Lobeck. Aglaoph. II 1332. In Hes. II p. 888 coll. Phot. 401, 9 ex his explicationibus sola *κέγχρον* sine ullo additamento apparet.

Schol. Ar. Vespp. 103 *ἀπὸ δορπηστοῦ· Λυκόφρων ἀπὸ ἀρίστου. οἱ δὲ ἄλλοι πάντες δόρπα τὰ δεῖπνα.* Hesych. s. v. *δόρπα· δεῖπνα. δόρπιστος· ὥρα τοῦ δείπνου.* Post *δόρπιστος* facile excidere poterat *ἄριστον.*

Schol. Ar. Thesm. 574 *ὅτι ἐπὶ γυναικείων τριχῶν, ὡς τὸ πολύ, καὶ ὅτι παρετυμολογεῖ τὸν πόκον οὐ κακῶς. Λυκόφρων δὲ ἁπλῶς τὰς τρίχας. ἐμπλοκὴ δέ τις φαίνεται. καὶ πλοκαμῖδες σπανίως ποτὲ ἐπὶ ἀνδρὸς λέγεται.* Hes. II 982.

Athen. XI 485 D *Λυκόφρων δὲ ἐν τῷ ἐννάτῳ περὶ*

κωμῳδίας παραθέμενος τὰ Φερεκράτους καὶ αὐτὸς εἶναί φησι γένος κύλικος τὴν λεπαστήν. Hes. II 450 λεπαστή· κύλιξ. II 451 λεπαστίς (A. Nauck. Ar. Byz. p. 221 n. 61 corr. λεπαστής)· οἰνοχόη καὶ εἶδος κύλικος. Haec apposui magis, ne quid deesse videretur, quam quod in his Didymi fragmentum latere putarem. Prior enim glossa Nicandrum, secunda Ameriam Macedonem, tertia praeter Lycophronem Apollodorum etiam atque Aristophanem Byzantium habet auctores. Vid. Rank. de Hesych. p. 101 Heyn. Apoll. IV p. 1167 Nauck. Ar. Byz. p. 220. Notandum tamen in Phot. 215, 1 citari *Cratinum*. Fieri igitur potest, ut Didymus quoque vocabulum λεπαστή quid sit explicarit.

Testo Eustath. 782, 52 de proverbio Ἀρχὴ Σκυρία dixerat Lycophro. In Hesych. I 563 exciderunt quae Lycophro narravit.

E contrario Didymum sapiunt quae habet Hesych. II 1082 πύππαξ (πυππάξ accinit Winckelm. e cod. Bodlei.) τὸ νῦν βόμβαξ λεγόμενον πύππαξ ἔλεγον, ὡς Λυκόφρων ᾠήθη. οὐκ ἔστι δέ. τὸ μὲν γὰρ βόμβαξ τίθεται καὶ ἐπὶ σχετλιασμοῦ καὶ ἐπὶ γέλωτος, τὸ δὲ πύππαξ οὐχί. Cf. Hes. II 1350 φύππαξ· ὅπερ ἡμεῖς βόμβαξ. Eadem habent scholl. ad Plat. Euthyd. p. 303 A Steph. nisi quod pro γέλωτος exhibent ἐγκωμίου, pro πύππαξ τίθεται· βόμβαξ τ. et sic vice versa, quod verum videtur coll. Phot. 475, 15 Phrynich. Bekk. p. 69, 7. Observes velim correctoris notam frequentissimam οὐκ ἔστι δέ, quae verba sequentia aut Eratosthenem aut Didymum habere parentem coarguit.

Multo laetior observationum seges in Eratosthenicis arvis foecundissimis prognata Didymea horrea implevit. Hesychius novies ipsi denunciat testimonium I 66 s. v. ἀγρηνόν I 237 ἀλκεόν I 700 βασιλίδες I 1558 ἐφῴδιον I 1605 ἡδυντῆρες II 194 κατειλυσπωμένην. II 654 ναρθηκοπλήρωτον. II 861 παρ' Αἰγείρου θέα. II 1121 Ῥοίκου κριθοπομπία.

Ac de loco II 194 maxime memorabili nobisquo favente diximus. E reliquis nihil nostram in rem facit II 654 vox Aeschylea (Prom. 199) ναρθ., in cuius gratiam versus ex Erigone laudatur adiecto poetae nomine (coll. Osann. de Eratosth. Erigon. p. 16 sq.). Neque ad hanc

quaestionem pertinet *ἀγρηνόν*, quae quidem glossa, si Th. Bergkio fidem habes, fluxit ex libris de comoedia (vid. Bergk. anall. Alex. spec. II p. 6 coll. Winckelm. monum. ined. p. 212 Schoen. de pers. in Eur. Bacch. habitu p. 54 Wieseler in diar. antiq. 1845. p. 14), si God. Bernhardyo de Eratosth. p. 155, e libro histrionio, si denique F. Osanno l. c. p. 32 fr. XII, ex Erigone profecta est [cf. Hes. *ἄγανα· σαγήνην· Κύπριον*. Engel. de Cypro Vol. I p. 558]. — Aperte e comodumenis fluxerunt haec *ἀλκεόν* (rescr. *ἀλκαῖον*) Bernh. p. 233 fr. XLIII, *ἐφῴδιον* Bernh. p. 220 fr. XXI. (Pap. lex. Gr. III p. 152 *Ἐφουδίων*), *παρ' αἰγείρου θέα* p. 229. fr. XXXVII. (Hes. *ἴκρια. θέα παρ' αἰγείρου. αἰγείρου θέα*. Phot. 81, 16 Bekk. anecdd. I 354, 25 Bachm. anecdd. I 42, 25, unde glossam ad Cratinum spectare rescimus.); *Ῥοίκου κριθοπομπία* (Bernh. p. 231 G. Engel. Kypros I p. 10). At Eratosthenes, ut Meieri verbis utar in comm. Andocc. VI, 2 p. XI, in spatioso opere quod de comoedia condidit *non tantum exposuit, quaecumque ad didascaliam comoediarum pertinerent, sed verba quoque explicavit, quae non vulgaria usu aut Alexandrinorum iudicio obscura viderentur.* Itaque factum, ut calceamentorum quoque et ciborum nomina insolentiora explanaret, veluti quae ap. Hesychium etiamnunc exstant *Βασιλίδες· ὑπόδημα γυναικεῖον καὶ αὐλητικόν, ὡς Ἐρατοσθένης· ἀπὸ τοῦ βασιλέως κληθέντος*, vid. Bernhardyus p. 206 fr. V. Poll. onom. VII 85 p. 294 Bekk. Hes. II 1530 *φυλοβασιλεῖς* Eustath. 1425, 10. Balduin. de calc. antiq. 203. Steph. Thes. L. G. II fasc. I p. 172., *Ἡδυντῆρες· οἱ ἅλες. Ἐρατοσθένης*, vid. hort. Adon. p. 239 A Phot. 62, 24 *τινὲς δὲ λέγουσιν ἡδυντῆτες* Poll. VI 71 p. 245 Bekk. Hesych. s. v. *φυλλιάς* Lobeck. Aglaoph. II 879. Bernhardyus l. c. p. 142 in Mercurio poemate hoc vocabulum lectum esse parum probabiliter opinatur.

Photius in lexico Eratosthenea, quae quidem apud Hesychium recurrunt, haec continet p. 34, 6 *εὐκλεία καὶ τὰ ὅμοια· μακρὰ ἡ τελευταία καὶ παροξύνεται, ὥσπερ καὶ Ἐρατοσθένης ἐν ιβ περὶ* [*κωμῳδίας* om. cod., add. Bernh. p. 233 fr. XLIV]. Eratostheni sua debet Aelius

Dionys. ap. Eustath. 1579, 29 = p. 498, 3. *Σάμακα· Ἐρατοσθένης* (fr. XLV) *ἀπέδωκε τὸν φορμόν. ἄμεινον δὲ τὸν τοξικὸν κάλαμον. οὕτω Λύσιππος.* Suspectum mihi est *Λύσιππος*. Malo *Λυκόφρων* vel *Δίδυμος*. Didymum sapit correctoris nota *ἄμεινον δὲ*. Hes. II 1145 consentit: *Σάμαξ· ὕλη τις δρυώδης, οἷον βούτομον· οἱ δὲ φορμόν, καὶ οἱ πλείους ἀπὸ τοῦ σάττεσθαι. ἔνιοι δὲ τὸν βούτομον καλεῖσθαι σάμακα. καὶ τοξικὸς κάλαμος, ἀφ' οὗ τὰ λεπτὰ συνάγοντες στιβάδα ποιοῦσιν.* Fortasse Lycophronis interpretatio erat *βούτομον*. Cf. Phot. 497, 8 Poll. onom. X 43 p. 410 Bekk. Ineptit Fritzschius de poett. gr. bucol. p. 35 (Giss. 1844. 8.), Eratosthenem scholasticum intellegens coll. Theocr. XXI 13 XIV 34 et. m. 529, 39.[1]) — Quae Erotianus[2]) lex. Hipp. p. 394 Frz. Eratosthenis testimonio comprobat *Χεῖαι· Ἐπικλῆς φησι ψυχαί* (leg. *συκχάδες* vel *σύκχοι*), *οὐκ ὀρθῶς. χεῖαι γὰρ εἰσιν ὑποδήματος γυναικείου εἶδος. καθά φησιν Ἐρατοσθένης κτέ*, eadem literis consignavit Hes. II 1553 *Χῖαι· ὑποδήματος ἀνδρείου εἴδους* (l. *εἶδος*). De *soccis* vid. Poll. onom. VII 86 p. 295 Bekk. Casaub. Athen. XIII sub fin. Salmas. ad Tertull. de pall. p. 283 I. G. Schneid. anall. II p. 52.

Exploremus Bekk. anecdd. p. 215, 19 *ἀποκήρυκτος· ὁ ἐπὶ ἁμαρτήμασιν ἐκπεσὼν τῆς πατρῴας οἰκίας, ἐκποίητος δὲ ὁ ἑτέρῳ δοθεὶς εἰςποιήσασθαι. οὕτως Ἐρατοσθένης.* Haec ipsa Hesychius I p. 465 usurpavit, ne verbo quidem breviora, nisi quod posteriore loco exhibet *ὁ ἐκδοθεὶς ἑτέρῳ εἰς υἱοποίησιν*; cf. Valcken. Ammon. I c. 6 p. 25—28

1) E contrario in Hes. non comparent Erat. ap. Phot. 437, 10 *ποῖ* 32, 12 *εὐθὺ Λυκείου* (de quo loco v. Meinek. quaest. sc. II p. 33 Lobeck. Phrynich. p. 144 Bernh. p. 230 fr. XXXIX. XL.) 64, 3 *ἤϊα* (p. 235 fr. XLIX) 61, 21 *ἦδ' ὅς* (p. 217 XIX; coll. Phot. in epist. ad Amphiloch. quaest. XXI in A. Mai scr. vett. nov. coll. I 231.)

2) Erotian. *γυναικείου*, Hes. *ἀνδρείου*. Similis est confusio vocc. *ἀροενικῶς* et *θηλυκῶς*, quam notat G. Schaef. ad schol. Ap. Rh. II p. 329. Vocem *χεῖα* in Erigone explicasse Eratosthenem valde dubito, Sophoclis testimonium ex Erigone apposuisse suspicor: nisi legendum *Ἐρατοσθένης. Κέχρηται τῇ λέξει Σοφοκλῆς ἐν Ἠριγόνῃ καὶ Καλλίστρατος κτέ.* Sophoclea fabula iterum usus est Erotianus s. v. *ὕποφρος*, ubi scribo *συνῆψε δῆριν ὕποφρον, ἐξ αὐτῶν ἕως κτέ.*

Sallier Moer. p. 83 = p. 61 Lps. Bernhardy Erat. p. 205 fr. L.

Harpocratio libris Eratosthenicis de comoedia scriptis ter est usus. P. 53, 5 δεκάζων (Bernh. p. 214), quocum facit Hesych. II 509 Λύκου δεκάς, cf. Zenob. V 2. I p. 115 Phot. 235, 23 — 236, 3 Suid. II 1 p. 635 et. m. 254, 29, qui addit πρῶτον δέ φησι (sc. Erat.) δικάσαι Μέλητον (vulg. — τα) Poll. p. 350 ed. Bekk., Bekk. anecdd. I 236, 3 Bachm. anecdd. I 190, 21 anonym. mscr. ap. Langb. ad Longin. ind. v. δεκασθείς; Fritzsch. de sort. iudd. p. 36 Meier. de bon. damn. p. 114 Meier. et Schoem. p. 150. Utrum vero Eratosthenem Harpocrationis p. 125 μεῖον καὶ μειαγωγός (Bernh. p. 224) respexerit Hesych. II 559 μειαγωγός, quae glossa pertinet ad Ar. Rann. 810, necne, incertum remanet. Denique quae de v. μεταλλεῖς (Meinek. quaest. sc. II p. 33) iudicabat Erat. Harp. p. 126, 25 cur Hesychius lexico insereret caussa non erat.

Tribus etiam locis libri Eratosthenis histrionii meminit Athenaeus IV 140 A, quode supra sententiam nostram aperuimus; XI 501 D, unde disputationis initia fecimus, et II 41 D = III 123 C appositis Sophili Alexidis Philemonis Amphidis testimoniis haud dubie ex Eratosthene Didymi petitis: Ἀθηναῖοι δὲ μετακέρας καλοῦσι τὸ χλιαρόν, ὡς Ἐρατοσθένης φησίν (Bernhardyus LII p. 237) Hesych. II 582 μετακέρας· τὸ εὔκρατον ὕδωρ ἢ χλιαρόν.

Ventum est ad etym. magnum. Sexies hic Eratostheni testimonium denunciat, p. 286, 35 δράξων [416, 31 ἡ δ' ὅς] 529, 40 κατὰ κόρρης [547, 1 Κύπρις] 547, 50 κύρβεις [573, 31 μᾶζά τ' ἀμολγαίη (vid. Erat. ap. Procl. Hesiod. opp. 588)] 682, 55 ποῖ κῆχος. Alieni ex his sunt loci uncis inclusi. Videamus reliquos. P. 286, 35 Δράξων· ἡ λεγομένη Σικελική. σημαίνει δὲ τοὺς κατ' ἀγορὰν τῶν ἀλφίτων ἢ τοὺς ἄλλων τινῶν δραττομένους καὶ ἁρπάζοντας. οὕτως Ἐρατοσθένης καπηδάλους καλεῖ. παρὰ οὖν τὸ δράττεσθαι. Εἰς τὸ Διογένους εὗρον ἐγὼ δράξων σημαίνειν πορνόβοσκον.

Valde iam pridem hic locus vexavit F. Rankium de Hes. p. 40. Non habet enim Hesychius, quod mireris, Dioge-

nianea. Hoc certe minus mirum, quod Eratosthenicis caret, cuius de v. *δράξων* sententiam aut opinationem in Diogeniani farraginem non immigrasse ex et. m. l. c. patere videatur. Sagacissima est de h. l. Lobeckii coniectura in Aglaoph. II p. 1031. Hesychius I 1031 habet haec: *Δράξων ἐν Σικελίᾳ ἱερόν, εἰς ὃ γεωργοὶ εὐχὰς ἔπεμπον, ὅθεν καὶ δράξοντες* (ms. Marc. *δράσοντες* teste N. Schow., ξ M. Musuro debetur, *δράσσοντες* Bernh. Erat. p. 166, qui post *ἱερὸν* lacunam statuit) *ἐκλήθησαν* [*οἱ . . . . . ἁρπάζοντες*?]. Pro *E'YX'AC* malo *O'YΛ'AC* vel *οὔλους* 'mergites'. Bernhardyus coniecerat *ἀπαρχάς*. Lacunam post *ἱερὸν* statuit etiam Lobeckius, supplens *τι ἦν Κοτυττοῦς*. Etymologi verba priora sic emendari poterunt: *Δράξων*[1]· *θυσία* vel *ἑορτὴ ἐπιτελουμένη* (cf. Hesych. *Σιτνίδες*) *Σικελική*. . . . . *ὅθεν καὶ δράξοντες. σημαίνει κτέ.* Deindo Lobeckius *οὕτως Ἐρατοσθένης. Σώφρων δὲ καψικιδάλους λέγει.* Possit tamen sub *καλεῖ*, ut locis innumeris, latere Callimachus; cf. O. Schneider. in diurn. ant. stud. 1848 p. 786. An scribendum *οὕτως Ἐρατοσθένης. ζήτει εἰς τὸ καπηδάλους. παρὰ οὖν τὸ δράττεσθαι καλεῖται.* Hoc supplementum suadet Hesychius *καψικήδαλος· ὁ μετὰ τῶν τὰ ἄλφιτα μὴ διδόντων ἁλόμενος*, ubi Lobeck. l. c. corrigit *διαδιδόντων ἁλώμενος*; malo *μεταδιδόντων εἱλούμενος*. Atque h. v. aptissime cum *δράξων* contulisse censendus est et. m. auctor. Alteri enim vocabulo eum pro naturali sua originatione et *raptoris* et *moechi* notio et nota inusta sit, in altero hoc e comica quadam iocandi ambiguitate faceta inesse potest. Sic Latinis *furtum* significat utrumque *Diebstahl* et *verstohlene Liebe*. Etenim, uti nunc Luciani contextus nostri comparati sunt, forma *ἐγκαψικίδαλος* utitur in lexiph. c. 10 t. II p. 336 Iacbz.; sed eod. A omnium praestantissimus et E praebent *ἐγκαμψικήδαλος*, a qua lectione fortasse non debebant recedere editores. Hesychio enim teste *κήδαλον* est *αἰδοῖον, κέρας, σκάλαθρον. κίδαλον· κρόμμυον*. Itaque ad comici nescio cuius locum aliquem obscuriorem tris exstitisse lectiones variae videntur, *ἐγκαμψι-*

1) ? *Δράξ· ὠνὴ λεγομένη Σικελική.*

κήδαλος, ἐγκαψικίδαλος et ἐγκαψιπήδαλος vel librorum auctoritate firmatae vel partim e criticorum coniecturis prognatae. Itaque ut cum his conciliemus Diogenianum, ap. et. m. l. c., praestabit πορνοκόπον vel πορνοσκόπον *moechum*. Unum moneo, accentum vocis δράξων in penultima positum mihi non videri probari posse, sed promovendum in ultimam, e περιεκτικῶν analogia. Δράξ enim est pugnus pugillus manipulus, vel quantum manus capere potest. Δράκα igitur cum agricolae obferunt, primitias spicarum mergetem colligatam consecrant, atque sacer ille numini cui cerealia illa muncra condonarent locus, inde non nisi δραξών appellari iure poterat. — P. 529, 40 κατὰ κόρρης λέγεται τὸ τὴν σιαγόνα πλῆξαι. ὁ δὲ Ἐρατοσθένης ἄπυσαν (l. ἄπασαν vel ἀποδίδωσιν) τὴν τῆς κεφαλῆς πληγήν κτέ. Hesych. II 171 κατὰ κόρρης· κατὰ τοῦ κροτάφου ἢ κατὰ τῆς σιαγόνος πλῆξαι. κόρση· κεφαλή. cf. et. Gud. 303, 31 Bekk. anecdd. I p. 255 Ael. Dionys. ap. Eustath. Il. N p. 947, 25 Bernhard. p. 233 fr. XLVI. — P. 547, 50 et. Gud. 355, 44 Κύρβεις· Ἐρατοσθένης τριγώνους αὐτάς φησιν εἶναι, οὐ τετραγώνους coll. schol. Nubb. 447 — ἢ ὡς Ἐρατοσθένης φησίν· ἄξων Ἀθήνησιν οὕτω καλούμενος, ἐν ᾧ οἱ νόμοι περιέχονται (scr. γεγράφαται) Gramm. Cram. A. Ox. I p. 221 II p. 455 schol. Ap. Rhod. IV 280 schol. Plat. Ruhnk. p. 38 Suid. II 1 p. 466 sqq. ed. Bernh. Nauck. Arist. Byz. p. 220 cuius haec verba sunt 'Minus accurato sequitur Aristophanem Hesychius II p. 385.' Scilicet Eratosthenem sequitur, quem Didymus exscripserat, cuius lexicon comicum, ut aliis locis plurimis, hoc quoquo loco adhibuit schol. Apoll. Rhod. l. l. (Bernh. Eratosth. p. 211.) — Herodian. ap. et. m. 682, 55 Ποῖ κῆχος· ζήτει καὶ τοῦτο· ποῖ κῆχος; εἰς τὸν οὐρανόν· — καὶ Ἀριστοφάνης· ποῖ κῆχος; εὐθὺς (recte Valck. Ammon. p. 91 εὐθύ) Σικελίας. καὶ παρὰ Φερεκράτει· ποῖ κῆχος; καὶ εἰ μὲν παρεξευγμένον εὑρήσεις τὸ ποῖ τῷ κήχει ... Ἐρατοσθένης δὲ (Bernh. p. 227) λαμβάνει ἐκ ταύτης τῆς συντάξεως· ποῦ ἐγγὺς καὶ εἰς τίνα τόπον; ποῦ ἄγχος, ποῦ κῆχος; τὸ πῇ κῇ. πῇ ἐγγύς, πῇ ἄγχος. ὅπερ ἐστὶν ἐν τῷ ἔναγχος· κῆχος. ἔλλειψις ἄρα τοῦ γ̄. Non

discedit Photius 437, 10 Hesych. *ποῖ κῆχος· οἷον ποῦ γῆς; εἰς τίνα τόπον; ποῦ κῆχος· πῇ γῆς, εἰς τίνα τόπον καὶ* (l. *ἀντὶ*) *τοῦ ἄγχι. κῆχος· τόπος, καὶ ποῖ κῆχος· ποῖ γῆς, ἄλλοι κῆγχος* (postremum hoc ex Eratosth. sententia) cf. Piers. Moer. p. 227 Apoll. de adv. 596, 29 et. m. 512, 23. Haec quo tandem loco praeceperit Eratosthenes obscurum non est. Contendenti enim inter se Phot. 32, 12 et 437, 11 non potest non extra dubitationem esse positum, lacera illa frustula consuenda esse. Nempe personatus ille Pherecrates sive Nicomachus, cuius fraudem Cyrenaeus primus detexit, vituperationem acutissimi iudicis non effugit, haec Pherecratem scripsisse simulans *ποῖ κῆχος; εὐθὺς Λυκείου.*

Tantum de Eratosth. apud et. m. — Ex eodem scholia ad Plat. Soph. p. 220 Steph. haec proferunt *Ἄττα — Ἐρατοσθένης δὲ χρονικῶς αὐτό φησι παραλαμβάνεσθαι· Πύθου χελιδὼν πηνίκ' ἄττα φαίνεται. καὶ πάλιν· Ὀπηνίκ' ἄττ' ὑμεῖς ὀρχούμενοι κοπιᾶτε.* Respicit fortasse Hesych. *ἄττα — καὶ ψιλῶς· ταχέως* coll. et. m. 167, 46 et schol. Ar. Avv. 1513.

Transimus ad Eratosthenis fragmenta in scholl. Aristoph. servata, fragmentorum ordinem a Bernhardyo p. 209—227 compositum sequuti. Schol. Ar. Eqq. 358 *Ἐρατοσθένης μολγὸν καὶ ἀμολγὸν τὸν αὐτὸν*[1]. *ἀμολγοὺς δὲ παρὰ τούτοις*[2]) *φησὶ λέγεσθαι τοὺς ἀμέλγοντας τὰ κοινά. Ἡσίοδος δὲ*[3]) *'μᾶζά τ' ἀμολγαίη.' οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ ἀκμαῖον· παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς μόλγης ὁ μοχθηρὸς ὥσπερ γόης. οὕτω Σωκράτης*[4]). — *Ἄλλως· Μολγόν· τινὲς μὲν γλαῦ-*

1) Bernhardyus *τὸ αὐτό*. Non opus.

2) Phrynich. p. 216 *παρ' Ἀττικοῖς*. Recte. Hoc reponere debebat Dindf. vol. II p. 291 l. 17, ubi dicit 'τούτοις] Atticos dicit'; et sic saepius in scholiis *οὗτοι* ex *οἱ Ἀττικοί* corruptum. Solennis omnino haec confusio cf. Gesner. ad Aelian. h. n. p. 981 Gron. F. Boissonad. ad Theophyl. Simoc. Q. Phys. p. 288. Moschop. *π. σχεδ.* p. 135.

3) 'Supplendum *ποιμενικόν*.'

4) ?*οὕτως ὁ Κράτης*. Ceterum de Socrate (Coo?) grammatico, qui Orum Milesium infestavit, cf. et. m. p. 389, 14 *Εὐβοῖς* Ritschel. de Oro p. 52. Eius *ἐπικλήσεις* laudat Diog. Laert. II 5, 47 Athen. III p. 111 B schol. Ap. Rh. I 966 et tacito nomine Herodian. dict. sol.

κον[1]), οἱ δὲ τὸν βραδὺν, οἷον ἀμολγὸν καὶ κλέπτην τῶν δημοσίων. μολγοὺς γὰρ ἔλεγον τοὺς ἐξαμέλγοντας καὶ κλέπτοντας τὰ κοινά.

De schol. Nubb. 447 *Κύρβεις* paulo ante exposuimus; schol. Nubb. 549. 966 huc non in censum veniunt; de scholl. Vesp. 239 *κόρκορος* et 388 *Λύκου δεκάς* suis locis dictum est. Ad propositum nostrum nihil facit schol. Vespp. 500 de Pisistratidarum tyrannide. Quae schol. Vespp. 702 de *ἐπισίζῃ* dicta sunt, in Didymi lexin comicam indeque in Hesychium transiisse, demonstrandi periculum supra fecimus. Eratosthenis a schol. Ar. Vespp. 1027 inscitiae insimulati studiosus causidicus exstitit Bernhardyus p. 218 sq. neque me in suam sententiam non traxit. Hes. II 380 *Κύννα· ὄνομα πόρνης.* II 1142 *Σαλαβακχώ· πόρνης ὄνομα, ἀπὸ δὲ ταύτης καὶ τὰς κατωφερεῖς εἰς τὰ Ἀφροδίσια οὕτως ἔλεγον Ἀττικοί*, cf. schol. Ar. Pac. 754. Schol. Vespp. 1186 de Ephudione supra attigimus. Ceterum Polemo Eratostheni oppositus apud Hesychium documento est glossam ad Didymum redire, Polemonis pertinacem nunc

p. 15 Lehrs. = p. 6 Dindf. vid. Westerm. ad Voss. hist. Gr. III 499 Valck. Phoen. p. 608. I. Geel. Bibl. crit. nov. I p. 62 Meinek. q. sc. I p. 28 Euphor. p. 175 not. Schneider. de scholl. Arist. font. p. 58 n. 4.

1) Haec pertinent ad usum tragici sermonis. Cf. Eurip. Alcmen. fr. 107 ed. Paris. p. 643 et Blaesum Hesych. s. v. *μολγῶ*. — De vv. *μολγός*, *ἀμολγός*, *ἀμολγαίη* cf. et. m. 573, 23 (519) *ἀμολγαίην δὲ τουτέστι κρατίστην, ἀκμαίαν. τὸ γὰρ ἀμολγὸν ἐπὶ τοῦ ἀκμαίου τίθεται. Ἐρατοσθένης δὲ ποιμενικήν.* Gemina habet Procl. Hesiod. opp. 588 ed. Gaisf. Ath. III p. 115 A Cram. epim. Hom. p. 82 cf. R. Schmidt. de Callistr. p. 323 ed. Nauck., qui lectores ad Buttm. lexil. II 44 relegat. Ab Eratosthene scholiastae Aristophanii pendet Suid. II 1 p. 872, 14, ubi vid. Bernh., et Suid. v. *ψωλός*. Hesychius haec habet: *Ἀμολγοί· οἱ ἀμέλγοντες τὰ δημόσια. Μολγός· Ἀριστοφάνης. Τάχα δ' ἂν εἴη ἐκ πλήρους ὁμολγός* (l. *ἀμ.*) *ὁ δὲ ἀμέλγων τὰ χρήματα ἀμολγός. ἔνιοι δὲ μολγὸς* (— *οὺς* Guyet.) *ἀκούουσι τοὺς μοχθηρούς, τοὺς ἀμέλγοντας τὰ κοινὰ κλέπτας καὶ τὸ ἀμολγός* (l. *καὶ κλέπτας· εἰς τὸ ἀμολγός* sc. *ζήτει*) *ἄλλοι δὲ μολγὸν τὸν βόειον ἀσκόν. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀμαξῶν.* Extrema illustrant Hesych. v. *μόργος* Pollux X 187 p. 450 Bekk. — Denique vid. Eustath. Il. O p. 1018, 24 = 1022, 24 Odyss. ι p. 1625, 5 = p. 349, 20. Hesychium sua debere Didymi lexico comico apparet, Didymum Eratostheni.

asseclam nunc adversarium. [Schol. Vespp. 1402 fortasse respicit Hes. *Σιμωνίδης υἱὸς Θεοπρέπους.*] Arg. Ar. Pac. huc non facit, sed schol. Pac. 701 de v. *ὡρακιάσας* supra in rem nostram convertimus. Schol. Ar. Av. 122 = vol. III p. 157 Dindf. (Bernh. Eratosth. p. 222 XXV) *Σισύραν: Σίσυρνα καὶ σισύρα καὶ σίσυς διαφέρουσι. σισύρα μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐξ αἰγείων δερμάτων ἔτι τὰς τρίχας ἔχον σκέπαστρον (σκέπασμα V.), τὴν δὲ σίσυρναν οἱ κατὰ Λιβύην λέγουσιν τὸ ἐκ τῶν κωδίων ῥαπτόμενον ἀμπεχόνιον. σίσυς δέ ἐστι παχὺ ἱμάτιον καὶ εὐτελές, πρὸς δὲ καὶ μικρόν, ἐπιτήδειον εἰς ἓν ἅπτεσθαι οἷον ἐξωμίδιον. [σισύρα χλαίνης εἶδος εὐτελοῦς οἷον ἁπλοΐδος ἢ ἐξωμίδος ἢ τοιούτου τινός. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις· ἐν πέντε σισύραις V.] ὁ δὲ Ἐρατοσθένης, ὥς ἐστι βαίτη. καθάπερ τὸ δένδρον τὸ αὐτὸ καὶ ἄνδραχνον καὶ ἀνδρόχνην καλοῦμεν, οὕτως ᾤοντο σισύραν καὶ σίσυν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐκδέχεσθαι, καὶ τρίτην προσλαμβάνουσι σισύρνην οἱ κατὰ Λιβύην τὸ ἐκ τῶν κωδίων τὸ ἀμπεχόνιον καλούμενον. [καὶ τὴν σισύραν βαίτην ὑπέλαβον εἶναι τινές. τὸ δὲ οὔκ ἐστιν ἀληθές, ἀλλὰ χλαίνης εἶδος εὐτελοῦς οἷον ἐξωμίδα ἢ διπλοΐδα ἢ τοιοῦτόν τι. οὕτως ἐν τῷ λεξικῷ. V.]*

In scholl. vulg. *Ἐρατοσθένης δέ φησιν, ὅτι καθάπερ* legitur, minus recte. Pro *ἐκδέχεσθαι* legebatur *μετέχεσθαι*, quod Bernh. mutabat in *ὀνόματος λέγεσθαι*. Idem post *κωδίων τὸ* addi iussit *ῥαπτόμενον* et pro *καλούμενον* tentavit *καλουμένην*. De *ἀνδράχνῳ* vid. Schneider. Theophr. V p. 311. Aperit Eratosthenis sententiam cod. Taurin. n. 179 fol. 270 auctore Amad. Peyrone post et. Gud. p. 1030 *Ἐρατοσθένης φησὶ σισύραν στεγάστριον ἐξ αἰγείων δερμάτων τετριχωμένων, σίσυρναν δὲ τὸ ἐκ κωδίων* (sic pro *κοδίων* Coray) *ῥαπτόμενον ἀμπεχόνιον.* Quocum conferendus denique schol. Plat. p. 250 ed. Ruhnk. (466 Bekk.) *Σισύραν· Ἐρατοσθένης σισύραν φησὶ στεγάστριον ἐξ αἰγείων δερμάτων τετριχωμένον, σίσυρναν δὲ τὸ ἐκ τῶν κωδίων ῥαπτόμενον ἀμπεχόνιον* [*ὃ γούνναν φασὶν* Zonar. II c. 1645 Tittm. Bast. Greg. Cor. p. 540 Moschop. *π. σχεδ.* Lindenbrog. ad Amm. Marc. Obss. p. 48]. Neque vero dissidet Hesychius II

1194 σισύρα· τὸ παχὺ ἱμάτιον ἀπὸ αἰγείων δερμάτων. σίσυρνον τὴν σισύρνην οἱ κατὰ Λιβύην τὸ ἐκ τῶν κωδίων ῥαπτόμενον ἀμπεχόνιον καλοῦσιν. τὸ αὐτὸ καὶ σισύραι. σίσυς καὶ αὐτὴ βαίτη. οἱ δὲ εἰδός τι χλαίνης εὐτελές. ἄλλοι χιτῶνα αἰγεῖον χειριδωτόν. Quae fere omnia ad Eratosthenem redeunt. Ceterum iuvabit hos locos paululum inspexisse accuratius. Ac Dindorfii quidem haec sunt verba vol. IV t. III p. 157 l. 7 'Ceterum non intellegere me fateor, quomodo Eratostheni in mentem venire potuerit, hoc nomen sc. ἄνδραχνον eum illis comparare, de quibus hic agit scholiasta.' Ad quam solvendam quaestionem aliquatenus responsum sumi poterit ex Bernhardyi Eratosthenicis p. 223 'Iam si perpendas, ἄνδραχνον et ἀνδράχνην inter se componi, statim conficias, accedente praesertim schol. Vespp. 737 τὴν αὐτὴν δὲ καὶ σισύραν καλοῦσι καὶ σίσυρναν, pro σίσυν ap. schol. Avv. σίσυρναν, vice versa σίσυν deinde hic et ap. schol. Plat. et Hes. l. l. esse restituendum, siquidem Eratosthenes, cuius iudicium etiam Hes. sequitur, recte σισύραν inter et σίσυρναν non distinxerat.' Mihi tamen res longe aliter se habere videtur. Quis enim est, qui sibi persuadeat Eratosthenem ἀνδράχνην et ἄνδραχνον, σισύραν et σίσυν potius inter se composuisse, quam ἀνδράχνην et ἄνδραχνον eo consilio in comparationem advocasse, ut demonstraret, inter σισύρνην et σίσυρνον interque σισύραν et σίσυρον (σίσυν) non esse discrimen aliud, nisi quod diverso genere exituque proferantur. Vid. Lobeck. Phrynich. p. 861 Graefenhan. Gesch. d. class. Philol. vol. I p. 171. Hoc sibi vult Hesychius: σίσυρνον· τὴν (addo καὶ) σισύρνην οἱ κατὰ Λιβύην κτέ. Cui neque deest σίσυρος· γράμματος (l. ῥάμματος) εἶδος. Distinxit igitur Eratosthenes inter σισύραν, a quo vocabulo forma non significatione diversa censebat vocabula σίσυρος et σίσυς, et σισύρνην, quod vestimenti genus fuerunt qui σίσυρνον dicere mallent. Differentiam hinc profecti etiam alii agnoscunt, veluti qui omnium instar est Ammon. p. 128 Valck. ab Eratosthenis iudicio totus pendens, nisi quod κροκύδων legit pro κωδίων. Neque dissentit Hesychius sive auctor lexici tragici s. v. σισυρνώδης στολή. Ex parte Eratosthe-

nem sequitur, partim suis pedibus nititur Timaeus lex. Plat. p. 165 n. 4 (p. 232A), quem recoquunt et. m. 714, 26 et interpolator Moeridis p. 225 Lps. = 346 Piers. (nam a cod. Coisl. pannus abest). Ex alio fonte sed limosiore hauserunt et. m. 714, 28 *Σίσυρνα* Bachmann. anecdd. I p. 365, 4 Phot. 513, 17 sq. 513, 19, quorum locorum prior luxatus ac mutilus videtur. Cum Photio tamen quadrant quae interpretes ad Theocr. V 15 p. 884 Kiessl. commentantur *βαίταν — σισυρίνιά φαμεν*, et schol. Arist. Vespp. 737 *Σισύραν· σισύρα καλεῖται παρὰ μέν τισιν ἡ βαίτη* (male vulg. *βαπτή*). *ἔστι δὲ περιβόλαιον ἐκ δερμάτων συνεῤῥαμμένων προβατείων ἐχόντων τὰ ἔρια. οἱ δὲ ἀκριβέστεροί φασιν χλαῖναν παλαιὰν εἶναι ἁπλοΐδα. τὴν αὐτὴν δὲ καὶ σισύραν καλοῦσι καὶ σίσυρναν.* Praeterea in schol. Ar. Vespp. 1133 agitur de sisyra: *σισύραν — χλανίς* et ad Rann. 1507 *σισύρα χλαίνης εἶδος εὐτελοῦς, οἷον ἐξωμίδα ἢ ἁπλοΐδα ἤ τι τοιοῦτον. καὶ ἀλλαχοῦ· χειμῶνος ὄντος τρεῖς σισύρας ἀφειλέτω* (Eccl. 421). *τινὲς δὲ ἱμάτιον τραχὺ καὶ παχύ, περιβόλαιον ἀγροικικὸν δουλικὸν παλαιόν. ἢ χιτὼν δερμάτινος. 'Βορέῃ [δὲ] λέγουσιν Ἡλίῳ τε τοιαύτην | Ἔριν γενέσθαι ὁπότερος ἀνδρὸς ἀγροίκου | Ὁδοιποροῦντος τὴν σισύραν ἐκδύσῃ.' ὁ δὲ νοῦς κτλ. Πρὸς δὲ τὴν διαφοράν· ἔν τισι καὶ σισύρα καὶ σίσυρνα ἐκ τρίτου τὸ αὐτό, πλὴν ὅτι ἡ μὲν σισύρα δοκεῖ βαίτη εἶναι ἐκ δερμάτων αἰγείων, ἡ δὲ χλαῖνα ἀπὸ ἐρίων.* Adnotatione dignum est verba *χλαίνης — ἐκδύσῃ* omitti in Ravennate cod., qui *ὁ δὲ νοῦς — φέρει* in fine scholii ponit; in codd. V et *Θ* omitti *καὶ ἀλλαχοῦ — ἐκδύσῃ*. Verba *Βορέῃ — ἐκδύσῃ* sunt Babrii Fab. XVIII p. 12 Lachm., ubi Meinek. in v. 3 et 13 *σύραν* scribere mavult. Apparet igitur haec verba, quibus gemina habent Phot. 513, 19 Bachm. anecdd. I p. 365, 4 et. m. 714, 28, recens scholion esse, antiquiora praebere cod. Venet. 474, antiquissima Ravennatem, sed mutila nec nisi verborum Eratosthenicorum ope emendabilia. Forsitan scripserit interpres graecus *Πρὸς δὲ* (hoc v. male om. R. *Θ*, habet V.) *τὴν διαφοράν· ἔστι σίσυρος* (*σίσυς*) *καὶ σισύρα τὸ αὐτὸ καὶ σίσυρνα ἐκ τρίτου, πλὴν ὅτι ἡ μὲν σισύρα δοκεῖ βαίτη* (legebatur *βαπτή*; male Dindf. *ῥαπτὴ*) *εἶναι ἐκ*

δερμάτων αἰγείων, ἡ δὲ σίσυρνα [adde h. v.] χλαῖνα ἀπὸ ἐρίων. Ipsius Eratosthenis afferuntur verba, differentiam illam ab aliis statutam non magni facientis. Verba praemissa πρὸς δὲ τὴν διαφοράν indicio sunt Eratosthenem his verbis decessorem aliquem impugnasse, qui differentiam illam mordicus tenere vellet, insinuatque se suspicio, Lycophronem hunc esse. Sic enim saepe scholia πρὸς Λυκόφρονα δέ. Praeterea de h. v. cfr. Poll. VII 70 p. 291 Bekk. X 186 p. 449 Hesych. s. v. συρία et βαίτη. Greg. Cor. CXLVIII p. 255 Koen. Steph. thes. G. L. II 1 βαίτη.

Quinque igitur fontes, unde nostra de his vocibus notitia pendet, dignosci possunt, quos inter limpidissimus est Eratosthenes, quem Didymum sequutum esse in lexico comico ex Hesychio colligimus, quemque sequitur praeterea Ammonius p. 128 Valck. cod. Taurin. n. 179 fol. 270 schol. ad Plat. p. 250 Ruhnk. schol. ad Ar. Avv. 122 Rann. 1507 (Ravenn.) Phot. 513, 17. 18 schol. ad Theocr. V 15 p. 884. Huic proximus est lexici auctor anonymus Eratosthenis tamen adversarius ap. schol. ad Ar. Avv. 122 (Venet. 474) schol. ad Ar. Rann. 1507 (V. Θ) Vespp. 737. Tertius Timaeus p. 165 et. m. 714, 26 et interpolator Moeridis p. 255 ed. Lips., qui in priore quidem explanationis parte cum Eratosthene consentiunt, quibus tamen in neutra cum secundo fonte convenit. Timaeo per dimidium viae socii sunt, quos quarto loco nomino cetera dissentientes et, si quid auguror, ab Eudemo vel Aelio Dionysio vel Pausania plerumque pendentes, Phot. 513, 19 Bachm. anecdd. I p. 365, 4 et. m. 714, 28 schol. ad Ar. Rann. 1507 (recens.) Quinto denique loco accenseo, qui omnia miscent, ita tamen ut haud spernendos testes sequuti esse videantur, Hesych. βαίτη συρία. Polluc. VII 70 X 186 et Greg. Cor. p. 255 Koen.

Quaeritur denique, quis in schol. V ad Ar. Avv. 122 scripserit illa τὸ δὲ οὐκ ἔστιν ἀληθές, inter ἀκριβεστέρους laudatus a schol. ad Vespp. 737. Suspicor ipse Didymus in lexico comico. Sic enim refutat Didymus antiquiores grammaticos; cf. schol. Par. ad Apoll. Rh. I 972 t. II p. 78

Schaef. *Ἐρατοσθένης δὲ — ἀπέδωκεν — Δίδυμος δὲ οὐκ εἶναι τοῦτό φησιν ἀληθές, ἀλλ' ἔστιν κτέ.*

Ad schol. ad Avv. 557 Bernhardyus apte conferri iubet Hesych. II 28 *ἱερὸν πόλεμον.* Diximus de schol. ad Avv. 1513 Rann. 810 (*ἄττα* et *κατειλυσπωμένην*). Nostra nihil interest schol. ad Rann. 1060 de Aeschyli Persarum didascalia. In schol. ad Rann. 1294 *τῷ ψήφῳ λαβών* Eratosthenis *ψευδαττικῶν* sugillatio ad Nicomachum mihi pertinere videtur Pherecratis personam, ut *Μεταλλεῖς* fabulae opificis, mentitum, in qua sententia nunc video etiam Dindorfium esse scholl. vol. II p. 136 l. 22; neque eorum aliquid, quae in schol. ad Plut. 797. 1195 leguntur, exspectari potest apud Hesychium inventum iri. — Cum schol. ad Pac. 70 *ἀνερρίχατο ... πρὸς τὸ ὕψος ἀνέβαινε. πρὸς δένδρα καὶ τοίχους ἢ σχοίνιον ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶ ἀναβαίνειν ἀναρρίχᾶσθαι λέγεται. φησὶ δὲ Ἐρατοσθένης τοὺς Κυρηναίους οὕτω λέγειν* cf. Hesych. s. vv. *ἀναριχᾶσθαι. ἀρρίχᾶσθαι.*

Cum schol. ad Pind. Ol. IX 1 ipse Bernhardyus p. 226 confert Hes. *καλλίνικος*; adde *τηνέβλα* et *τηνέβλος* coll. schol. Ar. Eqq. 276. Denique idem non sine veri specie p. 231 ad Eratosthenem refert Hesychii II 1284 *στωϊκοί* coll. Diog. Laert. VII 5 et *κομψεία* II 310 — *ἢ οἱ σκόλυμοι· ἔνιοι τὰ τῶν κοσσύφων κρέη* (sic)· *οἱ δὲ γένος λαχάνων, ὅπερ τινὲς ἱπποσέλινον ἢ σμύρνιον* (vid. Eratosth. ap. Plin. h. n. XXII 43 fr. XLVIII p. 234 Bernh.).

32.

Postremo loco non alienum erit apposuisse schol. Ap. Rhod. II 43 vol. II p. 121 *ἴουλος δὲ λέγεται καὶ ἡ ἐξάνθησις τῶν γενείων καὶ ζῶόν τι πολύπουν καὶ εἶδος ᾠδῆς, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης.* Schol. Par. Ap. Rh. I 972 vol. II p. 78 *Ἐρατοσθένης δὲ καὶ ὄνομα ᾠδῆς ἐρίθου ἀπέδωκεν ἐν τῷ Ἑρμῇ λέγων οὕτως· Ἦν δ' ἄρα — ἰούλους. Δίδυμος δὲ οὐκ εἶναι τοῦτό φησιν ἀληθές. ἀλλ' ἔστιν ὁ ἴουλος ὕμνος εἰς Δήμητρα, ὡς ὄρπιγγος* (l. *οὔπιγγος*) *παρὰ Τροιζηνίοις εἰς Ἄρτεμιν. Ἔστι γὰρ οὖλος καὶ ἴουλος ἡ ἐκ τῶν δραγμάτων συναγομένη δέσμη. Καὶ Οὐλὼ ἡ Δημήτηρ λέγεται. Ἴουλος καὶ θηρίον τι πολλοὺς πόδας ἔχων*

*ἑκατέρωθεν, ὥσπερ ἡ σκολόπενδρα. Τοῦτο δὲ Θεόφραστος ἐν τῇ πρὸς Φανίαν ἐπιστολῇ καὶ ὄνον καλεῖσθαί φησιν, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κωφοῖς σατύροις· Κυλισθεὶς ὥσπερ* (scholl. edd. *ὥς τις*) *ὄνος ἰσόπριος.* Itaque Didymum parentem agnosci par est eorum, quae leguntur apud Hesychium *Ἴουλος· αἱ πρῶται τῶν τριχῶν ἐκφύσεις (ἀπὸ τοῦ ἱέναι αὐτὰς οὔλας), ἴουλοι δὲ καὶ οὖλοι αἱ ἐκ τῶν δραγμάτων συναγόμεναι δέσμαι. καὶ ζῶον πολύπουν, ὅπερ ἡμεῖς λέγομεν ὄνον. Τινὲς δὲ καὶ τὸν ἐπὶ ταῖς ὑδρίαις γενόμενον ὄνον πολύποδα καὶ συστρεφόμενον ἴουλον λέγουσιν.* Similia habent Phot. lex. 109, 4 et. m. 472, 26 Clitarch. ap. et. m. 111, 9 schol. ad Hes. opp. 522 ed. Gaisf. cf. Arist. h. a. IV 6 Athen. p. 304 F 305 A XIV p. 618 D schol. ad Aesch. 97. Eustath. p. 1162, 39. — Cum Eratosthene ap. Tzetz. Chil. XIII 563 et schol. ad Eur. Tro. 1165 p. 29 Kampm. de v. *κῆπος· κουρᾶς εἶδος κτέ*, quae non dubito quin per Didymum ad nos pervenerint, conf. Hesych. s. v. *κῆπος* Schneider. lex. Gr. II p. 47 *μάχαιρα.* Respicit lexicographus ad Arist. Ach. 849 Avv. 807.

Nihil contra ad nostras quaestiones pertinet, quamquam Didymi et Eratosthenis memoriam sociatam exhibet, Steph. Byz. 32, 17 *Δίδυμος δὲ παρατίθεται χρῆσιν ἐξ Ἐρατοσθένους Ἀλεξανδρίτης*, quod ad E. geographiam referendum videtur. Ibidemne an in alio E. opere exstiterint, quae Pausan. ap. Eustath. Il. B p. 302, 27 de *φελλὸς Ἀρκάς* eiusdem testimonio munit, incertum manet. Neque quidquam ad libros de comoedia facit fragmentum Cyrenaei recens ex Herodiani diet. sol. p. 102 a Lehrsio erutum de Araxe fluvio, siquidem non sagacius quam verius hic vir doctus ex corruptis ductibus *παρατιθέναι* elicuit *παρ' Ἐρατοσθένει.* Atque haec hactenus.

Si quas igitur observationes haud inutiles salubri sobrii iudicii aura vecti, non praecipite quodam coniiciendi turbine acti, quasi quaedam Didymi bona tamquam e scopuloso lexicographorum pelago reportata in litore reposuimus, placet eas in hoc disputationis quasi portu literarum ordini adstrictas constipare. (Sigl. E denotat Eratosthenem, L. Lycophronem, D. Didymum.)

?ἀγρηνόν E.
Ἀλκαῖον E.
ἀποκήρυκτος E.
ἀρνεῖα D.
ἀῤῥιχᾶσθαι E.
ἄττα E.
βαλανειομφάλους LED.
βάρακες } LED.
βάρβαξ }
βασιλίδες E.
βήραξ } LED.
βήρηκες }
βρίκελλοι D.
δεκάζεσθαι E.
?δόρπιστος L.
δράξων E.
ἐκποίητος E.
ἐπίβδαι D.
ἐπιῤῥύξειν LED.
ἐπισίξας cett. LED.
ἐπωπίδες D.
?εὐκλεία E.
Ἐφώδιον E. (Polemo.)
ἡδυντῆρες E.
ἡμερόκαλλες D.
ἱερὸν πόλεμον E.
ἴουλος E. D.
καλλίνικος E.
καρύκη D.
καρύκινον cett. D.
κάρυος ῥόος D.
καρυχροῦς D.
κατειλυσπωμένην LED.
καψιπήδαλος L.
κομψεία (σκόλυμοι) E.
κόρκορος LED.
κατὰ κύῤῥης E.
κορσάκις D.
κοπίς D.
κύρβεις E.
κύτταρος LED.
λεπαστή L.
λέσπιν D.
Λιμοδωριεῖς D. prov.
Λύκου δεκάς E.
μειαγωγῆσαι E.
μετακέρας E.
μολγός E.
Μοσσυνικὰ μαζονομεῖα D.
Μυκερίνα D.
?οὐδὲ πασπάλην L.
οἰνόπται D.
οἰσπώτη D.
ὀξυθυμία D.
ὅσιον D.
παρ' Αἰγείρου θέα E.
πέλανος D.
ποῖ κῆχος E.
ποδοκάκκη D.
προκώνια D.
πυππάξ L.
ῥάχετρον D.
Ῥοίκου κριθοπομπία E.
† σακκίζειν † L.
σάμαξ E alii.
σαμιακὸς τρόπος D.
σεελλίσαι } L.
σελλίζεσθαι }
σέρφοι D.
σισύμβριον D.
σισύρα }
σίσυρνον } E [D].
σίσυς }
σκινθαρίζειν D.
σκόλυμοι E.
στωϊκοί E.

τευτάζει LD alii. ? φύππαξ L.
τηνέβλος E. χεῖαι E.
† ὑποσακίζειν † L. ὡρακιάσαι cett. LED.

At haec de Lycophrone et Eratosthene, Didymi fontibus hactenus.

33.

Ipse Didymus laudatur in schol. ad Ap. Rh. vol. II p. 94 ad I 1138. 9 ῥόμβος δέ ἐστι τροχίσκος, ὃν στρέφουσιν ἱμᾶσι τύπτοντες καὶ οὕτω τύπον ἀποτελοῦσιν. Ἄλλοι δὲ ῥύμβον καλοῦσιν, ὡς Εὔπολις ἐν Βάπταις καὶ Δίδυμος. Conf. vol. II p. 280 IV 144 διὸ καὶ τὸν κινούμενον τροχίσκον ὑπὸ τῶν φαρμακίδων ῥόμβον καλοῦσιν. Καὶ ἐν Εὐπόλιδι δὲ τὰς περιφερεῖς κινήσεις οὕτως ἐξηγοῦνται 'Ὦ ῥύμβοις μαστίξας ἐμέ.' Cf. schol. ad Theocr. p. 852 Kiessl.

34.

Deinde schol. ad IV 1058 στρευγόμενοι· δὲ ἀντὶ τοῦ ταλαιπωρούμενοι, καταπονούμενοι ἢ καὶ προςδιατρίβοντες. Γίγνεται δὲ ἀπὸ τοῦ στράγξ, στραγγός. Σημαίνει δὲ στράγξ τὴν κατὰ μικρὸν πρόεσιν ὑδάτων, ὥς φησι Δίδυμος (schol. edd. ὅθεν καὶ στράγξ ἡ κατὰ βραχὺ πρόσθεσις (scr. πρόεσις τοῦ ὕδατος).

Neutro loco caret Diogenianus apud Hesychium II 1126 Ῥύμβος· δῖνος coll. schol. ad Clem. Alex. Cohort. p. 15 ab Osanno ad Philem. p. 112 laudato et II 1278 Στρεύγεται· ταλαιπωρεῖται. καταπονεῖται. τρίβεται. τριψημερεῖ. Στρεύγομαι. διατρίβω, ἀφ' οὗ καὶ στράγξ, ἡ μετὰ βραχὺ πρόεσις. στρεύγει· προσδιατρίβει II 1276 στράγξ· σταγών. Vocabulo στράγξ usus est Menander in thesauro fabula teste Photio 541, 2. Noli igitur dubitare quin uterque locus e Didymi lexico comico repetitus sit. Meinekio quoque (quaest. sc. III p. 5) ex hoc opere ducta videbantur.

At nondum totum curriculum emensi sumus. Quaerendum enim est, laudandusne an falsus sit O. Schneiderus in comm. de vett. in Arist. scholl. font. p. 95, cui quidem admodum probabile videtur, 'cum in schol. ad Ar. Plut. 313 et schol. ad Ap. Rh. IV 1614 ap. Invernizzium praef. ad

Arist. p. XXVII et schol. ad Ar. Pac. 922 (vel potius ad 924), ubi est *οὕτω διὰ τοῦ λ ὁ τὴν κωμικὴν λέξιν γράψας ἀναγιγνώσκει*, tum alibi saepe in scholiis Aristophaneis, ubi vel nominatur Didymus vel eius reticetur nomen, Didymi lexicon eomieum intellegi oportere.' Certe *λέξιν κωμικήν* interpretis Aristophanei manibus tritam T. Hemsterhusius ad Plut. p. 98 ad Palamedem onomatologum Alexandri Severi aequalem referre maluit, quo de nuperrime disputaverunt O. Schneider. l. c. p. 95 (qui de schol. ad Vespp. uti poterat Reisk. ad Constant. Porphyr. de ceremon. t. II p. 504 ed. Bonn.) Meinek. quaest. seen. III p. 6 Boeckh. Pind. tom. II p. XIX O. Iahn. diss. de Palamede p. 58 seqq. (Hamb. 1836. 8.) et epist. ad Nitzsch. in Ztschr. f. Alt. Wiss. 1841 n. 20 p. 168. Rem tamen, de qua agimus, in medio reliquerunt. Ab Hemsterhusio Meinekius l. c. p. 7 in eo discedit, quod in schol. ad Plut. 313 *λέξιν κωμικὴν σύμμικτον* intellegit, quam schol. ad Ap. Rh. IV 973 se inspexisse narrat.

34 a.

Quae scholiasta Apollonii h. l. profert, haec sunt: *Ὁ δὲ ὀρείχαλκος εἶδος μέν ἐστι χαλκοῦ. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Ὠρείου τινὸς εὑρετοῦ γενομένου. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Τελεταῖς μηδὲ ὑπάρχειν φησὶ τὸ ὄνομα, μηδὲ τὸ τούτου εἶδος. τὸν γὰρ ὀρείχαλκον, φησίν, ἔνιοι ὑπολαμβάνουσι λέγεσθαι μέν, μὴ εἶναι δέ. Τῶν εἰκῇ διαδεδομένων καὶ τοῦτο. Μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Στησίχορος καὶ Βακχυλίδης καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐπισημαίνεται. Οἱ δὲ ἀνδριαντοποιοῦ λέγουσιν ὄνομα, ὡς Σωκράτης* (? *ὁ Κράτης*) *καὶ Θεόπομπος ἐν λε. Οὕτως οὖν κωμικῇ λέξει τῇ συμμίκτῳ.* In scholl. edd. *Ὀρείου*; post *τοῦτο* pergunt *οἱ γὰρ πολυπραγμονέστεροί φασιν ὑπάρχειν. σεσημείωται τοῦτο. Οὕτως ἦν ἐν τῇ κωμικῇ λέξει τῇ συμμίκτῳ.* Pro *οὖν* et *ἦν* fortasse *εὕρον* scribendum (cf. et. m. 572 = 630, 52 Philopon. Hesiod. sent. 115 Tzetz. Hesiod. 199 b Bochart. hieroz. II, VI c. 16 p. 883, 32 Vit. Panciroll. rer. memorab. I p. 26. 7 ed. H. Salmuth. interpp. ad Callim. lav. Pall. 19 Nauck. Arist. Byz. p. 222). Iam mihi ovolvas Hesychium II 777 atque invenies plane gemina, quamvis

corrupta ὀρειχάλκων· τῶν εἰκῇ διαδεδομένων εἶναι τοὔνομα. οἱ δὲ πλείους ὑπάρχειν αὐτῶν. ἔστι δὲ καὶ ὕλη ὅμοια χαλκῷ. Deinde ὀρίχαλκος· χαλκὸς χρυσῷ ἐοικὼς ἢ κρήνη ἀρχίχαλκος. Quae in hunc fere modum redintegrari posse videntur: Ὀρείχαλκος· ** τῶν εἰκῇ διαδεδομένων [καὶ τοῦτο]. οἱ δὲ πλείους ὑπάρχειν [φασὶν] αὐτόν. ἔστι δὲ ὕλη ὁμοία χαλκῷ. [οἱ δὲ ἀνδριαντοποιοῦ λέγουσιν] εἶναι τοὔνομα. Vides igitur κωμικὴν λέξιν σύμμικτον ad verbum in Hesychio inesse, unde apparet integrum eorum iudicium foro, qui O. Schneiderum Nauckiumque secuti verba illa ad nobilissimum Didymi opus referenda esse statuent. De vocabulo συμμίκτῳ vero sic iudico, ut emendandum esse in συμμίκτων statuam, ut Didymus duobus locis de aurichalco exposuerit, in lexico comico et libro σύμμικτα (συμποσιακά) inscripto, quem breviavit Alexio teste Ammonio v. γέρων. Lego κωμικῇ λέξει τῇ τ' η συμμίκτων. Quod si cui minus placuerit, huic fortasse arridebit vocabula κωμικῇ λέξει τῇ συμμίκτῳ explicandi haec ratio, ut, si qua re vera exstitit λέξις κωμικὴ σύμμικτος a κωμικῇ λέξει diversa, illam ea tantum complexam esse vocabula dicamus, quae comicis familiaria ne tragici quidem poetae prorsus respuerint. Sic schol. ad Ar. Ach. 270 κοινὰ δὲ τὰ τοιαῦτα ὀνόματα. Hoc patet, errasse Fabricium in ind. scr. in scholl. Ap. Rh. a Schaefero vol. II p. 641 repetito συμμίκτῳ vertentem 'secundum ordinem alphabeticum non dispositum.'

35.

Neque aliter de altero scholiastarum in Ap. Rh. loco iudicandum erit IV 1614 Κυρίως μὲν οὖν ἡ τοῦ λέοντος οὐρὰ ὁλκαία (l. ἀλκαία) λέγεται. ἐν δὲ τῷ κωμικῷ λεξικῷ οὐ μόνον ἡ τοῦ λέοντος οὐρὰ ὁλκαία λέγεται, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ βοὸς καὶ τῶν ἐμφερῶν, ὅσαπερ ἀλεξητηρίῳ τῇ οὐρᾷ χρῆται. Rectius in scholl. edd. ubique ἀλκαία editur. Vid. Method. ap. et. m. 66, 5 (60, 5) Herodian. et Epaphrod. in Hesiod. sc. ap. et. Gud. p. 36, 13 Bekk. anecdd. I 384, 24 Bachm. anecdd. I 76, 19. Plum. ad A. Persii satir. p. 94 citat Il. Υ 170 Lucan. I 205

Alex. Aphrod. probl. — Vid. Aelian. h. a V 1 Hesych. I 237 *ἀλκαία· κέρκος οὐρὰ ἡ τοῦ λέοντος* (? [*κυρίως ἡ*]). Ceterum lectores hoc monitos volo, imperitiori sequiorique interpreti vel scribae deberi *τῷ κωμικῷ λεξικῷ* pro *τῇ κωμικῇ λέξει*. Vid. Osann. Philem. p. XIX coll. et. m. 492, 48 et Oro eod. Par. 2630 ap. Bekk. anecdd. III p. 1386.

36.

Minus expedita res est, de schol. ad Plut. 313 quid statuendum sit, cuius vix minima pars apud Hesychium recurrit. *Μινθώσομεν*] *μίνθον οἱ μὲν τὸν ἡδύοσμον, οἱ δὲ τὴν ἴυγγα, ὡς κεῖται ἐν τῇ κωμικῇ λέξει. οἱ δὲ εἶδος ἄνθους ἐν τῇ κόπρῳ φυομένου, ᾧ χαίρουσιν οἱ τράγοι . . . οἱ δὲ μίνθον φασὶ τὴν ἀνθρωπίνην* [?] *κόπρον*. In Hesychio non nisi haec invenio II 604 *Μίνθα· τὸ ἡδύοσμον καὶ ἀνθρωπεία* (imo *αἰγεία*) *κόπρος*. Interpretem tamen Aristophanis illustrat, quem multa e comico lexico Didymi mutuatum esse Meinekio iudice verissime coniecerunt Ruhnk. Auct. Hesych. ad II p. 390 Blomfield. cens. Phot. Herm. p. 741 ed. Lps. Photius 270, 24 *Μίνθα· τὸ παρ' ἐνίοις ἡδύοσμον, εἰς ὃ μεταβάλλειν φασὶ τὴν Ἅιδου παλλακήν, ἀφ' ἧς καὶ τὸ περὶ τὴν Ἥλιν ὄρος. Ζηνόδοτος δὲ τὴν Ἴυγγα ὑπ' ἐνίων Μίνθαν λέγεσθαι, θυγατέρα μὲν οὖσαν Πειθοῦς, παῖδα δὲ νύμφην κτέ.* Zenodoti intellegendae videntur epitomae mythicae, de quibus H. Duentzer de Zenod. p. 28. Cf. Ovid. Met. X, 729 Strab. VIII p. 344 Oppian. Hal. 3, 486 Sext. Hyp. III, 24. 181 et. m. 588 (533, 3) et. Gud. 395, 1 Poll. VI 68 Suid. II 1 p. 856, 7 Bachm. anecdd. I 302, 3 schol. Nicand. Alex. 374 schol. ad Ar. Eccl. 644 (673) Ran. 1107 Olear. ad Philostr. V. A. I c. 25 p. 34 n. 24 Lobeck. Aglaoph. t. II p. 383 sq. O. Iahn. *ΠΕΙΘΩ* dissert. archaeol. p. 16. 8. Quae cum ita sint, aut Photius anonymi cuiusdam lexico comico utebatur, quod nemo facile in animum inducet, aut, quod probabilius est, Didymum Diogeniani Hesychius in brevius contraxit ac corrupit; quamquam ea est Hesychiani loci condicio, ut transpositis et loco suo motis, quae sequuntur ΜΗΝΙC· *ἔχθρα*, in praecedentibus quoque s. v. *μίνθα*

turbata nonnulla esse atque adeo excidisse a verisimilitudine haud abhorreat.

37.

Neque de schol. ad Ar. Pac. 959 liquet, quod omissa vocis *δάλιον* explicatione cum Hesychio comparatio institui nequit, quamquam Hesych. s. v. *δάλιον* aperte hunc Aristophanis locum respicit. Haec enim schol. *τὸ δάλιον· τὸ ὕδωρ ἐδόκουν καθαίρειν ἀναβάπτοντές τι τοῦ πυρός. κτλ. οὕτω διὰ τοῦ λ ὁ τὴν κωμικὴν λέξιν γράψας*[1]) *ἀναγιγνώσκει.* Hesychius vero, cum *ΔΑΙΔΙΟΝ*, quod h. l. nonnulli praeoptabant, non habeat, sed *ΔΑΛΙΟΝ* exhibeat sic apte enarratum *δαλόν ἐν ταῖς ἱεροποιΐαις εἰώθασι τὸν δαλὸν ἐμβάλλειν εἰς τὴν χέρνιβα καὶ περιῤῥαίνειν τὸν βωμόν*, istum comici lexici conditorem aut Theonem aut re vera Didymum intellegendum esse suspicor toties ab Hesychio expilatum, neque de Palamede amplius cogitandum esse, e quo Methodii fonte fortasse nihil in Hesychii farraginem transiit. Didymi lexicon intellegendum esse etiam ap. schol. ad Ar. Avv. 122 (cod. Venet. 474) *οὕτως ἐν τῷ λεξικῷ* supra p. 65. demonstratum est.

Quod enim praeter commentarios Didymi etiam lexin eius adhibuit Symmachus, Aristophanis interpres, non mirum, eum, licet plurima e commentariis suis in Aristophanem Cratinum Eupolin Phrynichum Menandrum in brevius contracta in comicum lexicon transtulisse Didymum demonstrari possit, tamen hic illic eum mutasse sententiam, recidisse nonnulla, addidisse alia, retractasse complura probabile sit.

38.

Athenaeus quoque, cui Didymi commentarii ad manus fuerunt, insuper lexico eius aut Pamphili potius farragine, in quam Didymi volumina receepta sunt, uti solebat. Patet hoc ex Athen. XI p. 487 C (vol. II p. 1093 Ddf.)

1) Consuluit interpres Aristophanis (Symmachus?) et Didymi hypomnemata et lexicon comicum, uti interpres Lanr. Sophoclis teste Trach. v. 1161 et commentarios et *λέξιν τραγικήν* inspexit.

*Μάνης ποτηρίου εἶδος. Νίκων κιθαρῳδῷ· καὶ πάνυ τις εὐκαίρως προπίνων φησί* ***

*πατριῶτα. μάνην δ' εἶχε κεραμεοῦν, ἁδρόν,*
*χωροῦντα κοτύλας πέντ' ἴσως. ἐδεξάμην.*

*Παρέθετο τὰ ἰαμβεῖα καὶ Δίδυμος καὶ Πάμφιλος. καλεῖται δὲ Μάνης καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ κοττάβου ἐφεστηκός, ἐφ' οὗ*[1]) *τὰς λάταγας ἐν παιδιᾷ ἔπεμπον.* Male Rankius de Hesych. p. 94 *καὶ Δίδυμος. Καὶ Πάμφιλος 'καὶ τὸ κτλ.'* nam alterum *καὶ* innuit fontem Pamphili fuisse Didymum; cf. Preller. Polemon. fr. p. 15 sqq. Glossa haud dubie in comico lexico exstitit; nam vocabulo hoc comici poetae frequenter utebantur, ut Antiphanes Hermippus Nicochares Ath. XV p. 667 E. Hesychii locus dolendum quod corruptelis scatet. Exstant II p. 537 haec *Μανήσεις· τὰς λατάγας. Μάνης κυβευτικοῦ βόλου ὄνομα καὶ βαρβαρικόν, καθάπερ Εὔβουλος ἐν κυβευτικοῖς παρίστησι καὶ ἄλλων καταλέγων βολ . . . .* Deinde II 521 s. v. *Μάγνης· κυβευτικοῦ βόλου προσηγορία καὶ ἄλλων πολλῶν λεγομένων ὀνόματα βόλων.* Viam emendandi monstrant Diogenianus Photii p. 246, 6. 7 *Μάνης*] *ποτηρίου εἶδος. Μάνης*] *βόλος φαῦλος. καὶ ἀγγεῖον, εἰς ὃ τὰς λάταγας ἠφίεσαν* et schol. Hom. Il. *E* 185 L. *Μάνης γὰρ δουλικὸν ὄνομα παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ἐξ οὗ μετῆκται καὶ εἴς τι παιστικὸν χαλκοῦν πρόσωπον, ὃ καὶ αὐτὸ Μάνην ἐκάλουν.* Inter *Μάνης* igitur et *εἰς* apud Hesychium excidisse videntur Didymea *πωτηρίου εἶδος ἢ ἀγγεῖον,* deinde scribendum *εἰς* [ὃ] *τὰς λάταγας* [*ἠφίεσαν*]. Similiter emendaverat locum Kusterus. *Βόλ . . .* habet cod. Marc. teste N. Schow. p. 517, Musurus *ὀνόματα βόλων.* Lego *βόλων ὀνόματα καὶ δούλου ὄνομα βαρβαρικόν.* Novissima verba spectant ad Arist. Avv. 523, ubi cf. scholl. Perperam enim in verba praecedentia immigrarunt *καὶ βαρβαρικόν.* Denique suspicor antiquitus scriptum fuisse *κυβευτικοῦ βόλου προσηγορία.* Quid multa? scripsit Hesychius *Μάνης*] (*ποτηρίου*

1) Sic Bentlei. ep. ad Mill. p. 59 (502 ed. Lips.); libri *ἀφ' οὗ.* De ludo hoc v. schol. ad Luc. lexiph. c. 3 vol. IV p. 148 Iebz., ubi verba *ἐὰν δὲ — πεσεῖται* inserenda sunt supra post *τὴν καταβαλλομένην πλάστιγγα.*

*εἶδος ἢ ἀγγεῖον*), *εἰς* (*ὃ*) *τὰς λάταγας* (*ἠφίεσαν*). *Μάνης*] *κυβευτικοῦ βόλου* (*προσηγορία*), *καθάπερ Εὔβουλος παρίστησι καὶ ἄλλων καταλέγων βόλων ὀνόματα καὶ δούλου ὄνομα βαρβαρικόν*. Rankius de Hes. p. 94 'nihil est, inquit, quod nos impediat, quominus eam quam desideramus notionem ab excerptore omissam credamus.' Codicis pessime habiti culpa est, non excerpentis.

39.

De voce *κιβώριον* quoque Didymus exposuit teste Athenaeo XI p. 477 *Δίδυμος δέ φησι ποτηρίου εἶδος εἶναι. καὶ τάχ' ἂν εἴη τὰ λεγόμενα σκύφια, διὰ τὸ κάτωθεν εἰς στενὸν συνῆχθαι, ὡς τὰ Αἰγύπτια κιβώρια*. Hesych. II p. 254 *κιβώρια· Αἰγύπτιον ὄνομα ἐπὶ ποτηρίου*.

40.

Succedat Athen. XI p. 481 sq. *κυμβίον· φησὶ δὲ Δίδυμος ὁ γραμματικὸς ἐπίμηκες εἶναι τὸ ποτήριον καὶ στενὸν τῷ σχήματι παρόμοιον πλοίῳ* adscriptis testimoniis ex Anaxandride et Alexide comicis et Eratosthene petitis. Hesych. II p. 376 *κυμβίον· εἶδος ποτηρίου καὶ πλοίου*. Macrob. Saturn. p. 561 sq. ed. Zeun. schol. Hom. Il. *O* 536 *τὸ διάκενον τὸ ὑπὲρ τῆς κορυφῆς κεφαλῆς, ὅθεν καὶ κυμβία τοιουτῴδη ποτήρια*. BLV. Phot. 186, 12.

41.

Denique huc pertinet Athen. XI p. 484 F *λαβρώνια· — Δίδυμος δὲ ὅμοιον αὐτὸν εἶναί φησι βομβυλιῷ ἢ βατιακίῳ*. Hes. II p. 406 *λαβρόνιον· εἶδος ποτηρίου πλατέος*. Eadem Photius 200, 23 adscripto Menandri testimonio. Cf. schol. ad Clem. Alex. Paedag. II, 3 ap. Sylb. in ind.

42.

Athen. II p. 56 D *Ἔλεγον δὲ τὰς δρυπεπεῖς ἐλάας καὶ ἰσχάδας καὶ γεργερίμους, ὥς φησι Δίδυμος*. Hesych. I p. 820 *γεργέριμοι· ἐλάας εἶδος καὶ τὸ ἐλάας ῥῦσον* (l. *δρῦπον*).

43.

Athen. II 67 D *Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Πλούτῳ φησί 'Ὄξει διέμενος Σφηττίῳ.' Δίδυμος δ' ἐξηγούμενος τὸ ἰαμβεῖόν φησιν 'Ἴσως διότι οἱ Σφήττιοι ὀξεῖς.'* Eadem Hesych. *ὄξος Σφήττειον*, emendatus a T. H. vol. III p. 144 Invern.

44.

Athen. IV p. 140 B de voce *κοπίς*, quem e Molpide Lacedaemonio exscripsit locum ad explicandum vocabulum perutilem, idem ne verbo quidem privatus uno recurrit ap. Hesychium II p. 315 *κοπίς· μερίς, δεῖπνον, μᾶζα, ἄρτος, κρέα, λάχανον ὠμόν, ζωμός, σῦκον, τράγημα, θερμός*, unde assequi coniectura possumus, quam spatiosum olim fuerit Didymi lexicon comicum. Ex eodem Didymi ap. Athen. loco in Hesychio explicata vocabula I p. 157 *αἶκνον* (l. *ἄϊκλον*) *κάνναθρον* (cf. Orus ap. et. m. 489, 8) in lexico isto exstitisse patet.

45.

Insignis est alterius vocabuli explicatio I p. 138 *κάνναθρα· ἀστράβη ἢ ἅμαξα πλέγματα ἔχουσα, ὑφ'* (leg. *ἐφ'*) *ὧν πομπεύουσιν αἱ παρθένοι, ὅταν εἰς τὸ τῆς Ἑλένης ἀπίωσιν. ἔνιοι δὲ ἔχειν εἴδωλα ἐλάφων ἢ γυπῶν.* (Schrevel. *τραγελάφων καὶ γρυπῶν.*) Augenda haec Ori fragmento ap. et. m. l. c. (et p. 688, 24) *Δίδυμος τὴν πείρινθον πλεκομένην λέγει ῥίπινθον καὶ κατὰ ἀντίθεσιν πείρινθον. τοῦτο δ' ὑπὸ Ξενοφῶντος καλεῖσθαι κάνναθρον. ἐπεὶ καὶ κάνη ἡ ψίαθος. οὕτως Ἐπαφρόδιτος. Ὥρος.* Cramer. anecdd. Par. IV p. 64 Ox. I 370, 4 legit *ἐκ ῥίπων* et *ῥίσπινθον*. Cf. Xen. Ages. VIII 7 Hes. II p. 901 *πείρινθος*. 'Schol. Hom. Il. Ω 190 p. 634 b 34 Bekk. Eustath. 1344, 44 Apoll. Soph. p. 126 Bekk.' Preller. Polem. p. 133—6.

46.

Athen. IX 392 F *καὶ ἡ σίαλις δὲ ἀπὸ τούτου ἂν εἴη, φησὶν ὁ Δίδυμος, ὠνομασμένη. σχεδὸν γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν ὀρνέων ἀπὸ τῆς φωνῆς ἔχει τὴν ὀνομασίαν. ἡ δὲ ὀρτυγομήτρα καλουμένη κτέ.* Hesych. II 1178 habet

*σιαλενδρίς· ποιὸς ὄρνις παρὰ Καλλιμάχῳ.* Schneiderus lex. Gr. II p. 391 signum dubitationis adpinxit. Etiam *ὀρτυγομήτρα* vocem a Cratino usurpatam habet Hesychius II 790 Phot. 350, 23.

47.

Athen. I p. 30 D *Δίδυμος δὲ Πράμνιόν φησιν οἶνον ἀπὸ πραμνίας ἀμπέλου οὕτω καλουμένης.* Hesych. II 1015 *Πράμνιος οἶνος ὁ ἀπὸ τῆς Πραμνίας ἀμπέλου, ἔστι δὲ ἐγκώμιον οἴνου καὶ σκληρὸς οἶνος.* Cf. schol. Hom. Il. *Λ* 936 p. 325 b. Eustath. *Λ* 641 p. 871, 23 Phot. 446, 11.

Ceterum non est, quod multis moneam lectores, magnam testimoniorum partem ab Athenaeo appositorum, deipnosophistam debere Pamphilo, qui ea Didymo accepta refert. Sic, ut exemplo e multis uno utar, nescio quid Didymei dicendi generis resonant Ath. XI p. 1086 Ddf. *Δίφιλος Πιθραύστῃ καὶ ἄλλα γένη καταλέγων ποτηρίων φησί,* coll. Hesych. II p. 537 *καθάπερ Εὔβουλος ἐν κυβευτικοῖς καὶ ἄλλων καταλέγων βόλων ὀνόματα.*

Apud Hesychium plurima recurrunt, quae in scholl. ad Aristophanem Didymea insunt. Redintegrari lexicographus s. v. *κόβαλος* potest e schol. ad Rann. 104.

Schol. ad Ar. Rann. 223. *ὄῤῥον*] *Καλλίστρατος* (R. Schmidt p. 326 ed. Nauck.) — *Δίδυμος τὴν τραμὴν* (l. *τράμιν*), *οὐχ ὥς τινες τὸ ἰσχύον* (Kust. *ὄσχεον*). *ἔνθεν καὶ τὸ ὀῤῥωδεῖν τὸν ὄῤῥον ἱδροῦν· Ὅμηρος· 'ἴδιον ὡς ἐνόησα' τοῦτο γὰρ πάσχουσιν οἱ φοβούμενοι.*

Hesych. II 788 (Phot. 350, 2) *ὄῤῥος· ἡ τράμις, οὐχ ὥς τινες τὸ ἰσχύον, ἕτεροι* (leg. *ἔνθεν*) *δὲ ἐτυμολογοῦσι τὸ ὀῤῥωδεῖν. οἱ γὰρ δεδοικότες ἰδοῦν* (*ἰδοῦσι*) *τὸν ὄῤῥον, ὅ ἐστιν ἱδροῦσι.*

Cf. et. m. 574, 46 Orio. 121, 29 Suid. Vol. II, 1 p. 1170, 4 Galen. expl. Hipp. p. 536 Frz. Bekk. anecdd. I p. 284, 30.

Schol. ad Ar. Ran. 231. *Κεροβάτης*] *Δίδυμος δέ φησιν· ἢ ὅτι κέρατα ἔχει, ἢ οἷον κεροβάτης, τὴν βάσιν ἔχων κερατίνων* (l. *ην*), *εἴπερ ἱστο-*

Hes. II 236 *Κεροβάτης ὁ Πάν, ἤτοι ὅτι κέρατα ἔχει* (*ἢ*) [*ὁ*] *οἱονεὶ κεραβάτης τὴν βάσιν ἔχων κερατίνην.*

ρεῖται τὰ κάτω τράγου ἔχειν, ὥστε ἀπὸ τῶν ποδῶν κεροβάτης. cf. Phot. 158, 5.

Schol. ad Ar. Rann. 992 Φορμίσιος κτέ. In Hesychio II 1520 legitur prioris glossae explicationi adhaerens Φορμίθιον; corr. Φορμίσιον ***. Ceterum hinc patet ad Didymum rediro Hesych. I 534 Ἀριστόδημον οἱ κωμικοὶ τὸν πρωκτόν, καὶ Θεόδωρον καὶ Τιμησιάνακτα ἔλεγον ἀπὸ τῶν ἡταιρηκότων. Φορμισίους δὲ τὰ γυναικεῖα αἰδοῖα καὶ Βασιλίδας καὶ Λαχάρας. Cf. Ar. Eccl. 97 et schol. ad h. l. Cum schol. ad Ar. Rann. 1332 cf. Hes. κρεμβαλιάζειν.

Schol. ad Ar. Rann. 1017 Μαμμάκουθοι—Δίδυμος, ὅτι Μαμμάκουθος καὶ Μελιτίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβάλλοντο, καθάπερ καὶ ὁ Βουταλίων καὶ ὁ Κόροιβος. μήποτε δὲ γραπτέον εἴη Μαμμάκυθον διὰ τὸν στίχον. Hes. II 535 Μαμμάκυθος (sic διὰ τοῦ υ) μωρός. Cf. eundem s. vv. Μελιτίδης et Κόροιβος. Phot. p. 215, 11.

Cum schol. ad Avv. 13 οὐκ τῶν Ὀρνεῶν cf. Hesych. Ὀρνειαί· πόλις. Ὄρνεα· ὀρνεοπώλια.

Ad comicum lexicon redit fortasse Hesych. II 451 Λέπρεοι ἢ Λεπρεάται· τῆς Τρυφαλίας (l. Τριφυλίας), ἀπὸ Λεπρέου πόλεως ὠνομασμένοι coll. schol. ad Avv. 149.

Schol. ad Avv. 302 φησὶ δὲ Δίδυμος τὸ κατὰ φύσιν ὄνομα κείρυλος λέγεσθαι. Hesych. II p. 217. 251. 267. κείρυλος· τοῦτον ἔνιοι κήρυλον (vulg. κηροῦν) λέγουσι. ἔστι δὲ ὄρνεον. ὁ δὲ Ἀντίγονος (hist. mir. c. XXIII (27) p. 68 Westerm.) τῶν ἀλκυόνων τοὺς ἄῤῥενας κηρύλους φησί. Tzetz. Lycophr. 387 schol. ad Theocr. VII, 57. Vid. Leutsch. Philol. III, 1 p. 184.

Schol. ad Ar. Avv. 307 πορφυρίς — Δίδυμος δὲ μικρὸν ἱέρακά φησι. Hesych. II 1009 πορφυρίων· εἶδος ὀρνέου καὶ ἰχθὺς καὶ ὄρνις ποιός. Quae verba corruptelae suspicionem movent. Lege πορφυρίς· εἶδος ὀρνέου. Πορφυρίων· ἰχθὺς καὶ ὄρνις ποιός. Vid. Tzetz. Chil. IX, 110.

Schol. ad Ar. Avv. 816 Δίδυμός φησι — χαμεύνη

δὲ ταπεινὴ κλίνη. Hesych. II 1541 χαμεύνη· στιβὰς ἢ ταπεινὴ κλινίς (l. κλίνη).

Schol. ad Ar. Avv. 1113 πρηγορεῶνος—Δίδυμος δὲ τοὺς βρόγχους τῶν ὀρνέων τοὺς λεγομένους προλόβους, ὅτι συλλέγεται ἐν αὐτοῖς τὰ σιτία. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων πρηγορεὼν πάλιν ὁ βρόγχος. ἑκάτερον δὲ ἀπὸ τοῦ συναθροίζειν ἐκεῖ τὴν τροφήν. Hesych. II 1018 Πρηγορεὼν· τῶν ὀρνέων ὁ πρόλοβος, ὅτι συλλέγεται ἐν αὐτοῖς τὰ σιτία.

Schol. ad Ar. Avv. 1284 Ὁ δὲ Δίδυμος σκυτάλια τὰς βακτηρίας, αἷς τὰ σκύταλα τύπτουσιν, ὅς (l. ὅ) ἐστι τοὺς τραχήλους 'ἢ παύσαι (l. παίσει) βάκτρῳ καλίνῳ σκύταλα Φρὺξ ἀνήρ.' Hes. II 1224 Σκυτάλαι (l. -λια)· βακτηρίαι· καὶ ἱππικαὶ ἵλαι (ὑφαὶ ποικίλαι Wernsdorf. PLM. t. IV p. 869)· καὶ ὄφεων εἰσί (εἶδος idem l. c. recte; cf. Tzetz. Chil. IX, 155) κτέ. ibid. Σκύτα[ν]· τὸν τράχηλον. Σικελοί· Vid. Mus. Rhen. VI, 4 p. 605. — Aliam vocis significationem eruit Needhamus ap. Niclas. ad Geopon. IV, 3, 11.

Cum schol. ad Ar. Plut. 1130 conf. Hes. ἀσκωλιάζειν.

[?] Schol. ad Ar. Pac. 742 (759=757) Λαμίας ὄρχεις Hesych. Λαμία. Λάμος respicit.

Schol. ad Ar. Pac. 1220 (1253) Συρμαία] ὡς Δίδυμος, ἁλμαία ἐκ ῥαφανίδων Αἰγυπτιακὴ πρὸς κάθαρσιν ἐπιτήδειος. Hesych. II 1317 Συρμαία — λέγεται δὲ καὶ συρμαϊσμός, καὶ ἔστι πρὸς κάθαρσιν κτέ. Lobeck. Agl. II p. 1078 Schneider. lex. Gr. II p. 483.

De schol. ad Vespp. 1033 Ἠπίαλος supra diximus.

[?] Cum schol. ad Acharn. 1066 (1100=1114) Θρίον facit Hesych. I 1734 s. v. et schol. ad Ar. Eqq. 949 [950=963].

Denique cum schol. ad Thesm. 86 Vol. III p. 312 Ddf. τοῦτο τῶν ζητουμένων ἐστί, πῶς καὶ τρίτην καὶ μέσην εἶπεν (vid. vol. III p. 427 Ddf.) confer Hesychium II 1420 Τρίτη θεσμοφορίων· ζητεῖται, πῶς ἅμα μὲν λέγει τρίτην θεσμοφορίων εἶναι, ἅμα δὲ μέσην τεττάρων οὖσαν ἡμερῶν.

48.

Comico lexico nón sine veri specie adscripseris etiam Bekk. anecdd. I p. 471, 19 Bachm. I 172, 10 ἄφλαστα τὰ

ἀκροστόλια Ἀπολλόδωρος. ὁ δὲ Δίδυμος τὸ ἐπὶ τῆς πρύμνης εἰς ὕψος ἐκ κανόνων πλατέων ἐπικεκαμμένον, quae fluxerunt e Pausania lexicographo ap. Eustath. 1039, 37, ubi animum advertunt inprimis verba ὡς δηλοῦται παρὰ τῷ κωμικῷ. Cf. Hes. I p. 645 ἄφλαστον· τὸ ἀκροστόλιον (add. ἢ auctore Rankio p. 135, quam literam ν absorpsit) τὸ ἄκρον τῆς πρύμνης ἀποτεταμένον (l. ἐπικεκαμμένον) εἰς ὕψος. Schol. ad Hom. O 717 schol. Apoll. Rh. I 1089 Poll. I 90 p. 21 Bekk. et. m. 161 (177), 42 Tzetz. Lyc. 26 p. 11 Lex. Herod. p. 604 Frz. coll. Herod. VI, 114 Basilii Patricii naumach. ap. Fabric. V c. 19 vol. VIII p. 140.

49.

Idem suspicor de Didymo ap. et. Gud. 98, 50 exc. GHC Koes. e cod. Par. 2630 ap. Sturz. post Orion. 185, 32 et. Angl. p. 12. 13 ap. Ritschel. 1846/1847 p. VIII, 19 Ἀχαιά· ἡ Δημήτηρ παρὰ Ἀττικοῖς (-οῦ Rl.) εἴρηται παρὰ τὸ ἄχος τῆς λύπης· (κόρης pro λύπης probaliter cod. Par. 2630) οὕτω Δίδυμος. καὶ [ἢ] ὅτι μετὰ κυμβάλων ἠχοῦσα τὴν Κόρην ἐζήτει. ἤ, ὡς Φιλήτας, τὰς ἐρίθους ἀχαιὰς ἐκάλουν. ἔνιοι δὲ ἐκτείνοντες τὸ α (ἀπὸ τὸ R) ἀπὸ τοῦ συμβάντ̊ (ος R) Γεφυραίοις· καὶ πάλιν· Ἀχαία ἡ Δημήτηρ· (ς R) μέμνηται τοῦ ὀνόματος Ἀριστοφάνης. [Εἴρηται add. R] ἀπὸ τοῦ ἄχους τοῦ ἐπὶ Περσεφόνῃ (ν R — cod. Sturzii ἐπὶπερπεζῶν)· οἱ δὲ φασὶν (et. Gud. ὥς φησιν) ἀπὸ ἱστορίας τοιαύτης· τοῖς Ταναγραίοις (cod. γκ) μεταστᾶσιν εἰς Ταναγρίας ἡ Δημήτηρ ὄναρ φανεῖσα ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀκολουθῆσαι τῷ γιγνομένῳ ἤχῳ· καὶ οὗπερ ἂν (ὅπως ἂν R. ὅπου ἂν Orio) παύσηται, ἐκεῖ πόλιν κτίσαι. καὶ διώδευον ἀκούοντες ψόφου καὶ κυμβάλων καὶ τυμπάνων. καὶ παυσαμένου (ων Orio) περὶ (παρὰ R) Ἀττικοὺς (Sturz. τὴν Ἀττικὴν) ἔκτισαν πόλιν. καὶ ἱδρύσαντο ἱερὸν Ἀχαιᾶς (-οὶ R) Δήμητρος. Summam huius narrationis delibavit schol. ad Stob. ecl. phys. p. 1044 Heer. cod. Farnes. A margini adscriptum, vol. III p. 461 ed. Heeren., ubi male legitur ἠχοῦσαν τὴν κώρην pro ἠχοῦσα τὴν κόρην, deinde τὴν Ταναγρέαν pro τοῖς Ταναγραίοις et φανεῖσαν pro ὄναρ φανεῖσα, denique παύσῃ pro παύσηται et ἐκεῖσε pro ἐκεῖ.

In lectione ὅπου ἄν cum Orione facit. Eadem inde a verbis Ἀχαία ἡ Δημήτηρ· μέμνηται usque ad Δήμητρος Orio p. 18 ed. St. exhibet, sub finem adiectis verbis οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι εἰς Ἀριστοφάνην. Integrioribus igitur commentariis in Aristophanem Orio utebatur, quam nobis hodieque uti licet ad Ar. Ach. 708. 9 vol. II p. 189 Ddf. (Ruhnk. ad Vellei. p. 15). Cum et. Gud. facit et. m. 183, 34, nisi quod testimonia scriptorum omittit. Ceterum cf. Herod. V 61 Strab. IX2 schol. Nicand. ther. p. 42 Bekk. anecdd. I p. 473, 28 Bachm. anecdd. I p. 174, 23. — Hesych. I 654 Ἀχαία· ἐπίθετον Δήμητρος ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν Κόρην ἄχους, ὅπερ ἐποιεῖτο ἀναζητοῦσα αὐτήν. Λάκωνες δὲ ἀγαθά. οἱ δὲ ἔρια μαλακά. Idem I 659 Ἀχθεία· ἡ Δημήτηρ μυστικῶς: cf. Lobeck. Aglaoph. II p. 1225 [x] Voss. hymn. Cer. p. 21 Elmsl. ad Ar. Ach. 709 Creuzer. melet. I p. 26 Buttm. lexil. II p. 120 Bach. Philet. fr. 37.

50.

Neque aliter statuo de Didymo ap. Choerob. ad Theodos. fol. 66 ap. Bekk. anecdd. III p. 1432 (vol. I p. 81, 33 Gaisf.) Ψάλυξ, ψάλυγος. τινὲς μὲν τὰς τρίχας ἐδέξαντο σημαίνειν τὴν λέξιν, Δίδυμος δέ φησι τοὺς ἀσθενεῖς σπινθῆρας δηλοῦν τὴν λέξιν. ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ φαιψάλῳς (sic) [φεψάλυξ], καὶ κατὰ ἀφαίρεσιν δηλονότι τῆς πρώτης συλλαβῆς ἐφυλάξατο αὐτὸ ὁ κανών. Bekkerus mavult φεψάλυξ, per quem cave ne te in errorem induci patiare. (Sic τιγόνιον dixerunt et τεττιγόνιον, πάζιον et τοπάζιον.) Vulgatam lectionem suo consensu munit Hesych. II 1573 integris fere Didymi verbis servatis, ut censura ista ἄμεινον δέ fidem facit. Ψαλύγων· ἔνιοι ψάλυγας (cod. ψαγάς) τὰς λεγομένας ψυχάς (Vales. Voss. Heins. ψίχας 'micas')· ἄμεινον δὲ (cod. καὶ) τοὺς ἀσθενεῖς σπινθῆρας. Choerobosco impactum vitium τρίχας hinc facile ablues, si memineris ψύχας dici cicindelas (*Leuchtmücken, Iohanniswürmchen*), cf. Plin. h. n. XVIII 26 Geopon. XV 1, 21 vol. II p. 1046 ed. Nicl. Piers. ad Moerid. p. 397 Steph. thes. IV p. 751 B. Adde Aelian. h. a. II 2 Arist. h. a. VIII 26 ἠπίολος, ἠπιλιώτης Plin.

h. n. XI 42 '*pyralis a quibusdam pyrausta appellata pennatum quadrupes in medio igni volans.*'

Phrynich. Bekk. anecdd. I p. 72, 21 χρυσόλαμπις Hesych. s. vv. ἀττάραγος, λαμπυρίς et πυρολαμπίς. — Ψαλύγων vocabulo quis tandem usus sit ignoro, φεψάλυξ φέψαλος φέψελος (quod tuetur Piers. Moer. 292) ex Archilocho et Aristophane sunt nota. Cf. schol. Lysist. 107 Ach. 270 Suid. φεψάλῳ. Hes. II 1501 Bachm. anecdd. I p. 404, 31 Phot. 645, 12 Eustath. ad Odyss. π 288 Tzetz. ad Lyc. 178 Hemst. ad Theodul. 862, 6 schol. ad Aesch. Prom. 362 Pollux VII 110 p. 301 Bekk. — Vocabulum eiusdem significationis est αἴξ ap. Bekk. anecdd. I p. 361.

Vocabulum ἀλάστωρ, quo et comici poetae et tragici passim usi sunt, num in comico an tragico lexico interpretatus sit Didymus, nescimus. Ego Bekk. anecdd. I p. 374 tragico adscripserim, quod huic loco simillima leguntur in scholl. Euripid. Vat. 909.

## 6.

### Λέξις τραγική.

Vero consentaneum esse, quod Hesychius in epistula ad Eulogium scholasticum data affirmat, Didymum non modo comicas sed tragicas etiam voces secundum literarum ordinem collegisse, demonstravit D. Ruhnken. in praef. ad Hes. vol. II p. IX X labantem lexicographi fidem appositis Harpocrationis et lexici Sangerm. ms. testimoniis fulciens. Utrum vero illud lexicon in Hesychio reperiretur necne, primus sedulo quaesivit F. Rankius de Hesych. p. 134 sq., quamquam rem ita se habere iam sive intellexerat sive odoratus erat L. C. Valckenaer. in diatr. p. 93 'Ex Rheso quoque voces in lexicon suum tragicum receperat Didymus; hinc praebet Hesychius Γοργωπὸν ἕδραν et q. s.' et R. Porso ad Eur. Med. p. 349 ed. Lps. et ad Eur. Phoen. p. 216 ed. Lps. de vv. ἐρετμῶσαι et ἐπαντέλλων. Neque in eadem sententia non fuit censor Photii ab Hermanno editi Anglus in Blomfieldii Rewiew XLII 1813. p. 333 sqq. (p. 749 sqq. ed. Lps.), qui hoc certe intellexit lexica Theonis Didymique et comica et tragica inter Photianarum co-

piarum fontes numeranda esse, quamquam nescius, communem utriusque, Photii inquam Hesychiique, fontem Diogenianum fuisse ab utroque candide laudatum. Ceterum hoc velim eos, quibus haec studia cordi sunt, monitos, maiorem in consulendo Photio quam Hesychio cautelam adhibendam esse, ne per Diogenianum ex ipsis Didymi copiis suspicemur huc fluxisse glossas ad unam omnes tragicos poetas comicosque spectantes, quippe quarum non minima pars huc immigraverit e Dionysii Pausaniaeque lexicis, quorum conditoribus licet aditus ad ipsum Didymum patefactus esset, Dionysius tamen Atticista nostrum ita adhibuit, ut parcus eius usus etiamnunc e fragmentis lexici a Meiero (comm. Andocc. VI, IV p. 3 — p. 15) compositi eluceat, Pausanias vero inspexit saepissime (cf. Meier. l. c. p. 17 *ἄφλαστον*; add. *βρίκελοι*). Fallitur igitur Meierus p. 30 in eo, quod statuit, Pausaniae thesauris usum esse Hesychium s. v. *γρόνθων*, *ἰδύους*, *ἐοργίζεται*, *Θετταλικὰ πτερά* aliis; ita potius res comparata est, ut, quem consultum a se Pausanias Didymum Photio tradidit, eundem compilatum a Pamphilo primum Diogenianus Periergopenetibus suis intexuerit, deinde Hesychius Photiusque magis etiam breviatum per Diogenianum acceperint. Quo factum est, ut aliquammultis locis Hesychium cum Pausania consentientem deprehendas, veroque simillima sit coniectura, eas glossas, quarum explicatio utrique communis sit, a Didymo esse profectas. Dionysius vero aliquotiens ab Hesychio laudatus Atticista non est, ut opinatur Meierus l. c. p. 15. Verissime enim Schrewelius p. 198 ad v. *βούτυρος* adnotat 'Intellege de Dionysio, qui de re herbaria scripsit. Plin. XXV 2 (Martin. p. 209).' Idem valet de *ἀμβλῶνες· χαλβάνη. Διονύσιος*, itemque, ni fallor, de *γύης* et *ὑγρίην*, quae Pamphilum apposuisse suspicor. Sub vv. *ἱστρίανα. κλισίαι. σκυρθαλίας* haud dubie unus e maxima Dionysiorum cohorte laudatur, qui ante Didymum vixerunt. Sub v. *ὑάλικος* denique scr. *διονύσιος* h. e. bacchicus coll. *βρυαλλίχα*.

1.

Harpocr. 134, 2 ed. Bekk. *ξηραλοιφεῖν ἐλέγετο χωρὶς λουτρῶν ἀλείφεσθαι, ὡς Δίδυμος ἐν εἰκοστῇ ὀγδόῃ τραγικῆς λέξεως.* Hesych. II 703 *ξηράλειψιν· τὸ χωρὶς λουτροῦ ἀλείφεσθαι ἢ ξηροτριβεῖσθαι.* Emendabant H. Steph. Heins. Bourdel. ad Lucian. Lexiph. t. I p. 823 probante F. Rankio de Hes. p. 134 Lobeck. Phryn. p. 571. 572. Vide praeterea, ne mancum habeamus Harpocrationem. Suidas quidem II 1 p. 1038, 19 addit *μήποτε δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῶν ἀλειπτῶν λεγόμενον ξηροτριβεῖσθαι οὕτως ἐλεγέτο.* Extrema haec, quamquam om. A, tenent reliqui libri et Phot. 309, 5. Cum Didymo facit lex. Bekk. 284, 13 parum sibi constans 284, 1 coll. et. m. 612, 20 schol. Lucian. l. c. Georg. Lecap. in Matth. lectt. Mosq. p. 72 Schneid. ad Theophr. IV 769 Wyttenb. Plut. VI p. 950.

2.

Eundem librum, quem *τραγικὴν λέξιν* inscriptum habuit Harpocratio, *τραγῳδουμένης λέξεως* inscriptione insignitum evolvere licuit Macrobio Sat. V 18 '*Cur autem sic loqui soliti sint, Ephorus, notissimus scriptor historiarum, libro II ostendit his verbis*, *τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ποταμοῖς οἱ πλησιόχωροι μόνον θύουσι· τὸν δὲ Ἀχελῷον μόνον ἅπαντας ἀνθρώπους συμβέβηκε τιμᾶν οὐ τοῖς κοινοῖς ὀνόμασιν ἀντὶ τῶν ἰδίων, τοῦ Ἀχελῴου τὴν ἰδίαν ἐπωνυμίαν ἐπὶ τὸ κοινὸν μεταφέροντες. Τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ὅλως, ὅπερ ἐστὶ κοινὸν ὄνομα, ἀπὸ τῆς ἰδίας ἐκείνου προσηγορίας Ἀχελῷον καλοῦμεν, τῶν δὲ ἄλλων ὀνομάτων τὰ κοινὰ πολλάκις ἀντὶ τῶν ἰδίων ὀνομάζομεν, τοὺς μὲν Ἀθηναίους Ἕλληνας, τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους Πελοποννησίους ἀποκαλοῦντες. Τούτου δὲ τοῦ ἀπορήματος οὐδὲν ἔχομεν αἰτιώτατον εἰπεῖν, ἢ τοὺς ἐκ Δωδώνης χρησμούς. Σχεδὸν γὰρ ἐφ' ἅπασιν αὐταῖς προσάγειν ὁ θεὸς εἴωθεν Ἀχελῴῳ θύειν, ὥστε πολλοὶ νομίζοντες, οὐ τὸν ποταμὸν τὸν δι' Ἀκαρνανίας ῥέοντα, ἀλλὰ τὸ σύνολον ὕδωρ Ἀχελῷον ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ καλεῖσθαι, ἰδιοῦνται τὰς τοῦ θεοῦ προσηγορίας. Σημεῖον δέ, ὅτι πρὸς τὸ θεῖον ἀναφέροντες οὕτω λέγειν εἰώθαμεν. Μάλιστα γὰρ τὸ ὕδωρ Ἀχελῷον προσαγορεύομεν ἐν τοῖς*

*ὅρκοις καὶ ἐν ταῖς θυσίαις, ἅπερ πάντα περὶ τοὺς θεούς. Potestne dilucidius ostendi, Acheloum a Graecis veteribus pro quacumque aqua dici solitum? Unde doctissime Vergilius ait vinum Acheloo Liberum patrem miscuisse. Ad quam rem satis testium est, cum Aristophanis comici et Ephori historici verba prodiderimus, tamen ultra progrediemur. Didymus enim, grammaticorum facile eruditissimus, posita caussa, quam superius Ephorus dixit, alteram quoque adiecit his verbis, ἄμεινον δὲ ἐκεῖνο λέγειν, ὅτι διὰ τὸ πάντων ποταμῶν πρεσβύτατον εἶναι Ἀχελῷον τιμὴν ἀπονέμοντας αὐτῷ τοὺς ἀνθρώπους πάντα ἁπλῶς τὰ νάματα τῷ ἐκείνου ὀνόματι προσαγορεύειν. ὁ γοῦν Ἀγησίλαος (Ἀκουσίλαος* I. Gronov. thes. vol. I ad tab. Rrr. Unger. Theb. parad. p. 182) *διὰ τῆς πρώτης ἱστορίας δεδήλωκεν, ὅτι Ἀχελῷος πάντων τῶν ποταμῶν πρεσβύτατος. ἔφη δέ· Ὠκεανὸς δὲ γαμεῖ Τηθὺν ἑαυτοῦ ἀδελφήν. τῶν δὲ γίγνονται τρισχίλιοι ποταμοί, Ἀχελῷος δὲ αὐτῶν πρεσβύτατος,* (add. *ὃς*) *καὶ τετίμηται μάλιστα. Licet abunde ista sufficiant ad probationem moris antiqui, quo ita loquendi usus fuit, ut Achelous commune omnis aquae nomen haberetur, tamen his quoque et Euripidis, nobilissimi tragoediarum scriptoris, addetur auctoritas, quam idem Didymus grammaticus in his libris, quos τραγῳδουμένης λέξεως scripsit, posuit his verbis, Ἀχελῷον πᾶν ὕδωρ Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ὑψιπύλῃ· λέγων μὲν περὶ ὕδατος ὄντος σφόδρα πόῤῥω τῆς Ἀκαρνανίας, ἐν ᾗ ἐστι ποταμὸς Ἀχελῷος, φησί· δείξω μὲν ἀργέννοισιν Ἀχελῴου ῥόον.'*

Haec Macrobius, quibuscum si Hesychium I 657 *Ἀχελῷος ποταμὸς Ἀρκαδίας* (leg. *Ἀκαρνανίας*) *καὶ πᾶν ὕδωρ οὕτως λέγεται* comparaveris, vix ullum locum aptiorem dixeris ad demonstrandum, uberrimas Didymi explicationes plerumque in exsangues exsuccasque umbras transformatas paene evanuisse. De Acheloo vid. Natal. Com. mythol. VII 2 p. 714 =18 Delrio ad Senec. Herc. Oet. 495 Turneb. adverss. XXX 39 Olear. ad Philostr. p. 678 n. 10 Spanhem. adnot. ad Aeschyl. Pers. 871 Passow. ap. Wellauerum ad Aeschyl. Pers. 850 Langius et Pinzgerus p. 259 sq. Reiff. ad Artemid. onir. II 38 p. 221 Io. H. Voss. ad Verg. Georg. I 9 p. 51 Lobeck. Aglaoph. II p. 836. 883. 1284.

Unger. Theb. parad. p. 182 Urlichs. ad Achaei fr. XVII p. 47 Wagner. p. 54 ed. Vratisl. tragg. min.

Cum his Macrobii consentiunt, utpote eodem ex fonte derivata, schol. ad Eur. Androm. 167 p. 35 ed. Witzsch. *Ἀχελῷον πᾶν ποτάμιον ὕδωρ φασίν, ὡς δρῦν πᾶν δένδρον καὶ ἀκρόδρυα πάντας τοὺς καρπούς:* — Eustath. 1367, 39 *εἰ μὴ ἄρα τις ὡς προεγράφη Ἀχελῷος ἁπλῶς τὸ ὕδωρ καὶ ἐνταῦθα.* Schol. Hom. Il. *Φ* 194 *Ἡ ἀρχαιοτάτη Ἑλλὰς περὶ Δωδώνην καὶ Σελλοὺς ἔκειτο, ὅθεν ὁ Ἀχελῷος ἐκρέων δι' Αἰτωλίας εἰς τὸν Ἀμβρακικὸν ἐξῄει κόλπον, ἄχρις οὗ Ἡρακλῆς αὐτὸν ἀπέστρεψεν. μέγιστος οὖν τῶν ταύτῃ ποταμῶν ὁ Ἀχελῷος, διὸ Ἀχελώϊον πᾶν πηγαῖον ὕδωρ. καὶ τὸ ἐν Δωδώνῃ δὲ μαντεῖον ἅπασι τοῖς χρησμοῖς κελεύει θύειν Ἀχελῴῳ.* V. schol. Hom. Il. *Ω* 616 *ἢ ὅτι Ἀχελῷος κοινῶς καλεῖται πᾶν ὕδωρ.* ABD. *οἱ δὲ Ἀχελῷον ὁμώνυμον τῷ Αἰτωλῷ εἶναί τε καὶ ἄλλον περὶ Δύμην τῆς Ἀχαΐας καὶ ἄλλον περὶ Λάρισσαν τῆς Τρῳάδος. καὶ πᾶν ὕδωρ Ἀχελώϊόν φασιν. ὁ γὰρ ἐν Δωδώνῃ θεὸς παρῄνεσεν Ἀχελῴῳ θύειν. ὅθεν καὶ Ἀθηναῖοι καὶ Δυμαῖοι καὶ Ῥόδιοι καὶ Σικελιῶται αὐτὸν τιμῶσιν. Ἀκαρνᾶνες δὲ καὶ ἀγῶνα αὐτῷ ἐπιτελοῦσιν.* — Adde Eustath. Il. 500, 43 *Δ* 475 schol. Odyss. *γ* 1 *λίμνην ὁ ποιητὴς πᾶν ὕδωρ φησίν.* In his omnibus Didymeae doctrinae latent vestigia.

3.

Bekk. anecdd. Gr. I p. 349, 6 *Ἀηδόνα. ἔστι μὲν ἡ ὄρνις. ἐκ μεταφορᾶς δὲ οἱ τραγικοὶ τὴν γλωττίδα τῶν βοῶν.* (Ruhnk. *αὐλῶν*, cf. Hesych. s. v. *ἐξηυλημένον.*) *ἔστι δ' ὅπου καὶ τὸν αὐλόν. ἡ λέξις Διδύμου.* Hesych. I 120 *ἀηδόνα· γλωσσίδα, μεταφορικῶς Εὐριπίδης Οἰδίποδι καὶ τοὺς αὐλοὺς δὲ λωτίνας ἀηδόνας που ἔφη.* Animadversione dignum est, Diogenianum videri fontem non celasse. Hinc ap. et. m. s. v. *ἀρνεῖα*, quae Diogeniani glossa est, legimus additum *Δίδυμος*. Cf. comm. de Didym. (1851) p. 21. 4°. Fragmentum Euripidis omisit Wagner. Eur. fragm. p. 755 ed. Did. Hinc fortasse Minerva tibiarum inventrix Pamphyliis Aedon dicta. (Hes.)

4.

Hesych. II 426 (Phavorin.) *Λαπέρσαι· Λαμπέσας* (Musur.) *Δίδυμος τοὺς Διοσκούρους ἀπὸ Λαπέρσης πόλεως.* (Leg. *Λαμπέρσας Δίδυμος τοὺς Διοσκούρους [ἀκούει] ἀπὸ Λᾶ, περθείσης πόλεως*). Lexico tragico adscripsi propter usum vocabuli ap. Sophoclem Strabonis VIII p. 364 obvium. Apud Lycoph. Alex. 511 Dioscuri *Λαπέρσιοι* audiunt *οἱ ἡμίθνητοι*[1]) *δίπτυχοι Λαπέρσιοι.* Urbis Laconicae (*ἡ Λᾶ — ὁ Λᾶς*) mentionem iniciunt Hom. Il. *B* 585 Lycophr. 95 Thucyd. VIII 91. 92 (ubi male *ἐπὶ τῆς Λακωνικῆς* vulgatur pro *ἐπὶ Λᾷ [τῆς Λα] κωνικῆς* ut exhibent codd. Vat. Pal. Cl.) Liv. XXXVIII 30 Strab. VIII p. 560 B Cas. Pausan. III 21, 6. 24, 2 Cl. Ptolem. Geogr. III 14 p. 238 ed. Wilbg. et Grash. Steph. Byz. 404, 5 ed. M. 694, 11 M. et. m. 553, 4 Bekk. anecdd. III p. 1159 Eustath. 230, 2 = 295, 34 sq. (cf. ind. Devar.) Alex. ab Alex. gen. dier. V 10 vol. II p. 88 Heynius ad Hom. vol. IV p. 331 C. O. Mueller. Dor. I p. 94 II p. 453. Montis Lapersae meminit Steph. Byz. 412, 3 ed. Mein., qui Rhiani Eliacorum l. I excitat (cf. Meinck. anall. Alex. p. 184). Hinc Iupiter Lapersius dictus Lycoph. 1369 Constant. Porphyr. de adm. imp. c. 29 p. 136, 17 ed. Bonn. cum adn. Ans. Banduri p. 342 sq. Ceterum, ut hoc in transcursu moneam, hominibus etiam *Λᾶς* (*Λάας* Philemo p. 70 Osann.) nomen inditum erat. Scripsit enim Laas, nescio cuias, de lapidum sculptura, ut Melissum de apibus disseruisse e Servio ad Aen. VII 66 compertum habemus, Bekk. anecdd. III p. 1182 *Λάα περὶ λίθων γλυφῆς.* Forsitan idem fuerit, qui ap. Tzetz. Chil. 2, 920 h. 59 *Λάϊος* vocatur, quo loco pro *τὶς φιλόσοφος* fortasse *λιθογλύφος τις* rescribendum erit; cf. v. 923 et Philol. IV 2 p. 384. Apud Soterich. Oas. 41 A. Nauckius in Philol. IV 4, 621 *πλαγίου* cum Muellero explosit *Λαΐου* substituens, debebat *Λᾴου* e Schneidewini sententia, cui opitulantur Bekk. anecdd. II p. 567, 7. E contrario in Georg. Sync. p. 193 D = I p. 365 ed. Bonn. scriptoris *Λάας*

1) Hoc vocabulum in memoriam revocat Hesych. II 233 s. v. *κουρεῖον· Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ· ἡμιοντον κούρειον ᾑρέθη πόλει.* Latet *ἱεροθυτον*.

nomen festinans librarii calamus peperit, ibique pro *καὶ Λάας τὰ τῆς ᾱ* aut B duce *καὶ Λάτης πρὸ τῆς* emendandum esse aut *καὶ λ τῆς πρώτης* vidit G. Dindorfius.

5.

Hes. II 378 *κύναρος· φυτόν τι καὶ μήποτε ἡ κυνὸς βάτος διὰ τὸ τραχὺ καὶ ἀκανθῶδες. κύνα γὰρ ξυλίνην τὴν κυνὸς βάτον ὁ Θεόφραστος* (num *βάτον θεοφραδία τις* an *τὸ θεόχρηστον, τὸ Πυθόχρηστον*?) *λέγει.* Didymi haec esse evincunt Athen. II p. 70 C Eustath. ad Odyss. ρ 1822, 18 R = 633, 43. De rubo canino (Hagebutten) cfr. Casaub. ad Ath. p. 144 Bodaeus ad Theophr. p. 271. 621 Salmas. exerc. p. 159 et homon. hyl. iatr. c. 59. Fuerunt, qui *κίναρος* scriberent, et de *ι* et *υ* vicem mutantibus vid. Tzschirn. Panyas. p. 3.

6.

Eustath. p. 1130, 61 *καὶ ἄργεμος νόσος ὀμμάτων, ἀφ' οὗ ἄργεμα κατὰ Δίδυμον τὰ ἐπὶ ὀφθαλμῶν λευκώματα, ὧν μνήμη τῷ Αἰσχύλῳ ἐν τῷ· — πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα. ἐκεῖθεν καὶ ἀργᾶντες ταῦροι παρὰ Πινδάρῳ* (cf. Fl. Lobeck. Philol. VII 1 p. 205 sqq.) *καὶ ἀργαίνειν τὸ λευκαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀλκμαίωνι. καὶ ταῦρος ἀργιμήτης ἤγουν λευκὸς φασὶ* (l. *φησὶ*) *παρὰ Φρυνίχῳ ὁ διακομίσας τὴν Εὐρώπην.* Hesych. I 513 *Ἀργαίνειν· λευκαίνειν Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι διὰ Ψωφῖδος* (vulg. *ψηφῖδος*). I 515 *Ἀργέμων· τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λευκωμάτων. οἱ δὲ ὀφθαλμῶν,* (malo *ἁπλῶς ὀφθ.*) *Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταινάρῳ σατυρικῷ.* I 517 *Ἀργιμήτας ταῦρος· ταχύμητις ἢ λευκός, παραγώγως. λέγεται δὲ ἐπὶ τοῦ διακομίσαντος τὴν Εὐρώπην.* I 1314 *Ἐπάργεμα· ὄμματα τετυφλωμένα. Ἐπάργεμος· ἀποκεκρυμμένος ἢ νόσος ὀφθαλμῶν. Ἐπάργεμα γὰρ λέγεται τὰ ὄμματα, ὅταν ᾖ τετυφλωμένα ὑπὸ λευκωμάτων· καὶ πάντα δὲ τὰ τυφλὰ καὶ ἀφώτιστα οὕτως λέγονται.* Cf. Eustath. Il. 427, 48 et. m. 135, 36 Erotian. p. 66 ed. Frz.

7.

Hesych. s. v. *αἴθέρα· ἐμπυρισμὸν ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι· Εὐριπίδης Τρωᾶσιν* (sic.) Didymus ap. schol. Eur. Tro. 1071 p. 27 Kampm. *καὶ τὸν αἰθέρα ἐπιβεβηκώς, ὁ Δίδυμος τὸν ἐμπυρισμὸν ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι.*

8.

Hesych. I 880 *δακτυλωτὸν ἔκπωμα· ἔνιοι τὸ κέρας, ἄμεινον δὲ τὸ ξώστρωτον* (leg. *ἄμφωτον*) *λεγόμενον, ἢ διὰ τὸ ὦτα ἔχειν ἔξωθεν καὶ δύνασθαι τοῖς δακτύλοις κρατεῖσθαι. Οἱ δάκτυλοι ἐνείροντο.*

Haec nostri esse evincit Athen. XI p. 468 D. Verba sunt Ionis ex Agamemnone fabula, in quam Didymus commentatus est.

9.

Hesych. II 519 *μαγάδεις· αὐλοὶ κιθαριστήριοι. ὄργανον ψαλτικόν. ὅθεν καὶ τὸ ψάλλειν μαγάζειν λέγουσιν. οἷον* (*Ἴων* Meurs.) *ὀμφάλων* (*Ὀμφάλῃ* idem) *ἢ μαγάδης αὐλὸς ἠγηθηβοῆς* (l. *μαγάδης αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς* Wagner. III p. 30), *ἀντὶ τοῦ· ὁ συνᾴδων τῇ μαγάδι.*

Haec etiam Didymum explicuisse cognovimus ex Athen. p. 1409 Ddf. Sophoclis quoque testimonio grammaticum h. l. usum esse docet Phot. lex. 239, 15 *μάγαδις· ψαλτικὸν ὄργανον· οὕτω Σοφοκλῆς.*

10.

Hesych. II 1079 [*ΠΥΚΝΑΙΑΝ*] *τὸ ἐν Ἀθήναις δικαστήριον, τὴν πύκνα, Ἴων.* Theognost. 23, 13 *Πυκνίας· τὸ ἐν Ἀθήναις δικαστήριον.* Bergk. *πυκναίας πτερά.* Fontem observationis huius aperit Stephan. Byz. p. 529, 5 Meinek. *λέγεται καὶ πυκναία* [*παρ' Ἴωνι*]· *Δίδυμος δέ φησιν, ὅτι 'τὴν πύκνα ἂν εἴη λέγων κτέ.'*

11.

Ab hoc loco profectus eo usque processit Meinekius, ut in altero Hesychii loco corrupto etiam nomen Didymi restitueret vol. II p. 692 *Νυμφαῖον ὄχθον· Ἴων. ὁ πό-*

ρος, (ex emend. Voss.) ὃν ὁ Ἀλφειὸς τὴν Ἀρκάδων (em. Meinek.) παραμειβόμενος [κατὰ addit M.] τὰς λεγομένας γλυφὰς διέρχεται. οἱ δὲ περὶ Δίδυμον (sic Meinekius pro eo quod editur ποταμόν) Νυμφαῖον (δ' delet M) ὅρος ἀκούουσιν (vulgo ἀκούει) τὸ περὶ τὴν Ἀρκαδίαν. Neque dubitat ille, quin ex eo Didymi libro petita sint, quem contra ipsum Ionem scripsisse nostrum ex Athen. XIV p. 634 E probabile sit. At Hesychius neque Didymi ἀντεξηγήσεις in partes vocavit, neque in eo peccavit, quod ποταμόν pro Δίδυμον scriberet. Commentariis enim Didymeis quis credat Diogenianum usum esse, quos ipse auctor in brevius contractos in lexica tragicum comicumque constipavisset? Ποταμόν vero ut falsum, ita verisimilis est emendatio Πολέμωνα. Accedat hoc fragmentum Arcadicis Polemonis Periegetae, quem saepissime Didymus antestatur. Huic igitur non postrema tantum verba sed universam verborum Ionis explicationem debet Hesychius.

Quae cum ita sint, non dubito quin reliqui etiam Hesychii loci, in quibus Ionis vocabula explicantur, e Didymi quasi fontibus ebulliverint.

12.

Venio ad locum gravissimi momenti, quem tamdiu neglectum jacuisse mireris.

Schol. ad Soph. Trachin. 1161 Ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόσφαντον) Προσμεμαντευμένον, προειρημένον ὑπὸ τοῦ Διός. Οὕτω δὲ διὰ τὸ σ ἐν τῇ τραγικῇ λέξει. Ecquis tam misere caecutiat, ut Didymi respici sic inscripta volumina neget, et falli Brunckium, qui verba novissima h. l. omittit et addit post Σέλλων v. 1169? Locus Sophocleus respicitur in Hesych. II 1062 s. v. πρόφαντον, unde simul patet scholion vitiatum esse restitutione facili sanandum: πρόσφαντον· προσμεμαντευμένον †† προειρημένον ὑπὸ τοῦ Διός. οὕτω δίχα τοῦ σ ἐν τῇ τραγικῇ λέξει. Lacunae signa posui, fortassis verbis οἱ δέ explendae. Discimus hinc interpreti La. praeter Didymi Piique commentaria ad manum fuisse etiam Didymi λέξιν τραγικήν, ut nobis persuasum esse possit, Didymum nos deprehendere, ubicunque

vocabulorum ap. schol. La. interpretatio cum Hesychii[1]) explicationibus concinit.

Hoc enim Lobeckio certe, ex quo Rankius de genuina Hesychii forma exposuit, concedi non amplius poterit, quod ad Ai. v. 411 et saepissime numero ad scholl. adnotat, transscripsisse Hesychium sua e scholiis. Quod uti de Suida constat, in Hesychium profecto ipsam Didymi *λέξιν τραγικήν* continentem non cadit. Equidem hoc vero non est dissimile, interpretem La., in quibus ipsi cum Hesychio convenit, partim ex ipso Didymi hypomnemate, partim e lexico tragico ea transscribere potuisse; at res me hercle eodem redit, cum, quae Chalcenterus noster per commentarios sparsim effuseque ediderat, haec maximam partem collecta breviataque iterum in lexica receperit, ut apparet e. g. e comparatis Athen. II p. 70 C et Hesych. II 378 (fr. 5.). Cf. etiam, quae de lex. com. diximus. Galenus etiam in praefat. ad Hipp. voc. explan. p. 404 ed. Fz. librum praesentem se composuisse dicit Tenthranti roganti, ut per capita haberet quod iudicatum esset et longioribus in Hippocratem commentariis demonstratum. Quamquam tantum abest, hoc ut ita intellegendum sit, quasi Didymus numquam in lexico tragico unum alterumve vocabulum aliter atque in commentario interpretatus fuerit, idemque in commentario eam usque lectionem secutus sit, quam in lexico explicuerat: ut pro diverso, quod in utrisque voluminibus sequebatur, consilio, in glossarum tragicarum congeriem reiiculas adeo lectiones, ut varias, nonnullis antiquioribus grammaticis probatas, receperit exposueritque. Exemplo tibi sit Sophocl. ap. Hesych. I 1730 *θρεκτοῖσι νόμοις — ἔνιοι δὲ κρεκτοῖς*.

In Antigone v. 80 (Eustath. 723, 28) videtur lectio

1) Per se patet, cum Hesychius perquam male habitus ad nos pervenerit, in censum hic venire reliquos etiam, unde Diogenianus redintegrari potest, fontes, Photius, inquam, lex. Bekk. p. 319 sqq. et. m. Stephanus Byz. — E. c. Stephanus p. 560, 18 ed. Meinek. exscripsit quae de v. *Σελήνας* e Diogeniano hausit Hesychius s. v. respecto Euripidis Erechtheo (ap. Suid. v. *ἀνάστατοι* Wagner. fr. XIV p. 704 ed. Didot.).

fluctuasse inter *προΰχοιο* et *πρόχοιο*; utrumque habet Hesych. II 1061. 1064. Comparasse iuvabit etiam Hesych. s. vv. *βυσαύχην* (coll. Poll. II 135) *μεσαυχένας*[1]) *μεσσαυχένας* et *δεσαυχένας* (coll. Phot. 259, 13). Transeo ad schol. ad El. 451 *ἀλιπαρῆ τρίχα· περιπαθῶς μὲν τὸ τῆς πενίας. τὸ δὲ ἀλιπαρῆ ἀντὶ τοῦ αὐχμηράν. ἐν δὲ τῷ ὑπομνήματι· λιπαρῆ, ὅ ἐστιν, ἐξ ἧς αὐτὸν λιπαρήσομεν, ὡς εἰ ἔλεγεν ἱκέτιν τρίχα.* Evolvas Hesychium! en tibi lectio illa dubia *ἀλιπαρῆ· αὐχμηράν*, quam tuetur T. Iohnso, repudiant Schaef. mel. crit. p. 129 Passow. lex. Gr. I p. 84, I. Richterus de Aeschyli Sophoclis Euripidis interpretibus Graecis p. 29 inter eas lectionis varietates recenset, quae ipsi e mala actorum librariorumve sedulitate exortae videntur. Quid igitur? Iccircone Didymi commentarium significari in sequentibus *ἐν δὲ τῷ ὑπομνήματι* non putabimus? Credamusne Pii innui commentarium nescio quem, ut *ἐν δὲ τῷ ὑπομνήματι* fere idem valeat atque *ἐν δὲ τῷ β̄ ὑπομνήματι*, et opponi Didymeo? Gravis hic foret error. Hoc enim significat accuratus interpres La., qui hoc quoque loco, ut supra ad Trach. 1161 factum vidimus, utrumque Didymi opus consuluit, Didymum in lexico suo afferre quidem atque exponere lectionem *ἀλιπαρῆ*, in commentario vero alteram *λιπαρῆ* interpretari. Falsus igitur est Ritterus Didym. p. 39 adnotans '*ἀλιπαρῆ* vulgatam esse lectionem eamque primum explicari, deinde proferri Didymi ipsius *coniecturam* [sic!] *λιπαρῆ*.' Hinc simul lucem nanciscitur schol. El. 488, ubi repugnare sibimet ipsi hypomnematistes videtur. Nimirum Didymus in commentario *πολύπαις* lectionem adoptavit, in lexico tragico vero, quo h. l. Hesychius usus non est, fortasse de *πολύπους* disputavit. Geminus fere locus etiam legitur in schol. ad Ar. Plut. 1037 Bekk.

Qua in disquisitione neque hoc neglegi debet, quod in Hesychio e poetis et comicis et tragicis dumtaxat eorum fere glossae explicantur, quos etiam commentariis illustra-

1) L. c. pro *ἔνιοι-γράφεται* lege *ἔν τισι* sc. *ἀντιγράφοις*. Verba *μεσαυχένας* | *νέκυας ἀσώτους* neque ipse, neque Bergleinum secutus Schneidewinus attrectare debebamus.

verat Didymus, Cratini, inquam, Eupolidis Aristophanis Phrynichi Menandri Aeschyli Sophoclis Euripidis Achaei Ionis; quodque pro loco aut nobiliore aut inferiore, quem singuli e Didymi aestimatione occuparent, copia glossarum explicatarum, nunc fere in immensum excrescat, nunc ab invida quasi manu sparsa esse videatur. Verum esse, quod observavimus, unicuique patebit Hesychii thesauros excutienti. Quam enim raro, quaeso, Euripidis mentio fit, quot e contrario Sophoclis glossae enarrantur, e tragoediae Graecae principibus medium tenente Aeschylo! Ecquis est, qui casu hoc factum dicat? an quod lexici auctor maiore Aeschylum et Sophoclem, quam Euripidem amore amplecteretur, idem vero palmam deferret Sophocli? Hoc credo. Audias Didymum ipsum in Cobeti scholiis ad Eur. Hec. 830 Androm. 329. 363. 1054. Quibuscum contulisse iuvabit scholl. ad Soph. O. C. 220 Ant. 155 (quo loco vocabulo *ἕτερος* Euripidem significari suspicor, ut Ai. 1037 *τινὲς ἑτεροδοξοῦντες*) Ai. 520 O. T. 264, quibuscum Valckenarius p. 22 contendi iubet scholl. ad Eur. Phoen. 88 Ai. 1169. [cf. schol. ad Soph. Phil. 1 scholl. ad Eur. Phoen. 1. 71. 290. (308). 391. 412.] Adde schol. ad Soph. Ai. 134. Quantis contra laudibus in quavis fere pagina Sophoclem suum extollunt scholl. La. fontes! e. g. Ai. 1199 O. C. 17. 668, quam raro vituperant, ut Ai. 1123. 1126. 1184. Atque ut recta via narrem, locos e scholl. La. modo indicatos Didymi esse e similitudine[1]), quae cum Didymi censura in scholl. Eurip.

1) Cf. etiam Didymum ap. schol. Eur. Phoen. 755 cum schol. Soph. El. 62 *ἐφυλάξατο δὲ ὀνομάσαι τὸν ἄνδρα.* — Observes velim alia quoque minutiora. Schol. ad O. T. 316 habet *διαλελυμένως δὲ εἶπεν· τέλη λύῃ, ἀντὶ τοῦ λυσιτελεῖν.* In brevius contracta haec apparent ap. Hesych. l. s. Phot. 233, 24 *λύειν τέλη· λυσιτελεῖν* (Eustath. 1722, 20. 626, 54), quo immigrarunt per Diogenianl periergopenetas ex ipso Didymi lexico tragico. Videtur igitur schol. O. T. 316 ab eodem Didymo profectum esse. Iam vero distractio ista vocabulorum affectio notatur etiam schol. ad O. T. 2 *θοάζετε· κατὰ διάλυσιν.* El. 87 *ἀντήρεις· τραγικώτερον δέ πως ἀπήγγελται, ὥστε τὴν διάλυσιν αὐτῶν μὴ πάνυ πολιτικὴν εἶναι*, ut non dubitem quin horum quoque scholl. auctor Didymus sit, spondeamque Phrynichum Arabem, quem nostri vestigia pressius sequi alibi ostendimus, nemini nisi Chalcentero suble-

ll. ll. iis intercedit, concludere mihi non absque veri specie videor. Quod si ita est, intellegitur, qua de caussa ex Hesychii thesauris tot erui possint Sophocleae, Euripideae glossae perpaucae.

His praemissis instituatur *exempli gratia* glossarum Sophoclearum, quotquot e VII servatis fabulis petitae adpositis poetae fabulaeque nominibus apud Hesychium exstant, cum scholiis comparatio, quantum fieri potest accuratissima, deinde reliquas vocabulorum in scholl. La. ad Ai. El. Tr. expositiones cum Hesychio concinentes colligemus, ut, quantum non modo scholia sed etiam lexicographus nostro debeant, appareat. Eundem tenentes cursum Euripideas etiam glossas tantum non omnes ab Hesychio servatas excutere studebimus. Vereor enim, ne et lectores et memet ipsum continuae comparationis taedium capiat.

Glossas e fabulis Sophocleis, quae supersunt, Hesychius nomine et auctoris et fabulae addito exhibet has.

(1) O. C. 312 Hes. I 177 *Αἰτναία πῶλος· ἡ Σικελική, ἡ μεγάλη ἀπὸ μέρους. Σοφοκλῆς Οἰδίποδι ἐπὶ Κολωνῷ.* Schol. La. p. 21 Elmsl. *Τῆς Σικελικῆς, λέγει δὲ ἀντὶ τοῦ μεγάλης.*

(2) O. C. 977 Hes. I 196 *ἄκων·* (leg. *ἄκον*) *ἀκούσιον. Σοφοκλῆς Οἰδίποδι Τυράννῳ* (leg. *ἐπὶ Κολωνῷ*). Schol. La. p. 45 *Τό γ' ἄκον· Τὸ ἀκούσιον.*

(3) O. C. 1061 Hes. II 721 *Οἰατίδος ἐκ νομοῦ· Σοφοκλῆς Οἰδίποδι ἐπὶ Κολωνῷ· τῆς προβατευομένης (ἐκ)νεμήσεως. οἱ δὲ ἀοιτοῦ δήμου. κακῶς. οὐ γὰρ ἐγγὺς κεῖται.* Cf. Meurs. de pop. Attic. p. 85 Eustath. Il. Σ p. 1165, 46 R. *ἀπὸ δὲ τῶν οἰῶν καὶ Οἰατίδος νομοῦ μέμνηταί τις παλαιὸς* (sc. grammaticus) *τοῦ ὑπὸ προβάτων κατανεμομένου.* Lego *ἀ*π*οι*ς *τοῦ* h. e. *ἀπὸ Οἴης τοῦ δήμου.* Schol. La. p. 49 *Οἴα δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ὅθεν καὶ τὸ Οἰηθεν.*

gisse quae scripsit ap. Bekk. anecdd. I p. 15, 11 *αὐθέντης· ὁ αὐτόχειρ — Σοφοκλῆς δὲ (δια)λύσας τοὔνομα αὐτοέντης εἶπεν.* (El. 232) *ἔστι δὲ πολιτικώτερον τὸ αὐθέντης.* Adde schol. ad Eur. Tro. 659. De v. *πολιτικός* cf. Schaef. ad Dionys. C. V. p. 6. 7. Idem vide num restituendum sit in schol. ad Soph. Phil. 1113 pro *ποιητικωτέρας*. Nam *λάγχανειν* rarius genetivo (Schaef. ad Soph. Antig. 699), quam accusativo inngitur.

*ἐκ νομοῦ δὲ πάλιν χωρίου Ἀττικοῦ οὕτω καλουμένου, ἐν ᾗ νέμουσιν, ὡς νεμήσεως παρακειμένης.* 'Sequitur in MS. diphthongus *οὐ*, initium alicuius additamenti, quod non complevit librarius.' P. E. Librarius voluit *οὕτω* [*Δίδυμος*?] — Audisne Didymum confidenter aliorum sententias refutantem, qui Stephano Byzantio teste de pagis Atticis accuratiorem *ἀναγραφήν* edidit.

(4) O. C. 1069 *Ἀμπυκτήρια τὰ φάλαρα. Σοφοκλῆς Οἰδίποδι ἐν Κολωνῷ.* Schol. Laur. tacet.

(5) Antig. ! *κοινόν· — τὸ δὲ κοινὸν ὁ Σοφοκλῆς συνεχῶς ἐπὶ τοῦ ἀδελφοῦ τίθησιν, οἷον καὶ ἐν ταῖς Ὑδροφόροις τέταχεν·*

*πολύκοινον Ἀμφιτρίταν*

*ἀντὶ τοῦ πολυάδελφον.* Haec schol. La. p. 69, in quibus animadvertas usum vocabuli *συνεχῶς*, ut suspicor, Didymeum; cf. schol. ad Eur. Tro. 82 p. 25 Kampm. *συνεχῶς ὁ Εὐριπίδης μῶρα λέγει τὰ ἀκόλαστα καὶ κατωφερῆ*: et vocabuli *τέταχεν* obvii in scholl. Eurip. e. g. Androm. 967 p. 41 Witzsch. (male *τέτευχεν* cod. Guelf. ap. Matth. vol. V p. 588) schol. Hom. Il. p. 374 Bekk. (*N* 517). Hesych. II 295 *κοινός· — ἀδελφός· Σοφοκλῆς Ἀντιγόνῃ· Ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα, καὶ ἐν Ὑδροφόροις· πολύκοινον Ἀμφιτρίτην.*

(6) Trach. 94 Hes. I 165 *αἰόλη νύξ· ἤτοι μέλαινα ἢ ποικίλη διὰ τὰ ἄστρα. Σοφοκλῆς Τραχινίαις.* Schol. La. p. 131 post *μέλαινα* addit *ὡς οἱ νεώτεροι.* Cf. Bekk. anecdd. 359, 3 (Bachm. anecdd. 47, 19) Eustath. 814, 23.

(7) 119. Hes. I 453 *ἀπλάκητον· ἀναμάρτητον. Σοφοκλῆς Τραχινίαις.* Schol. p. 133 sub lemmate *ἀλλά τις θεῶν· — ἀναμάρτητον καὶ δίκαιον ὄντα.* Cf. Bekk. anecdd. 425, 17 (121, 27 Bachm.).

(8) 216. Hes. I 108 *ἀείρομαι· ἄνω αἴρομαι. Σοφοκλῆς Τραχινίαις.* Schol. La. p. 139 ne his quidem caret.

(9) 223. Hes. I 402 *ἀντίπρῳρα· ἀντιπρόσωπα. πρῷρα γὰρ τὸ πρόσωπον καὶ ἀνδρόπρῳρον ἀνδροπρόσωπον. Σοφοκλῆς Τραχινίαις.* Schol. La. p. 139 *ἢ ἀντιπρόσωπα, ὑπ' ὄψιν ὁρώμενα.*

(10) 527. Hes. I 305 ἀμφίνεικος· περιμάχητος, ἐναντίους ἔχων λόγους. Σοφοκλῆς Τραχινίαις. Schol. p. 152 ἀμφινίκητον ὄμμα νύμφης· ἀντὶ τοῦ περιμάχητος νύμφη, περιφραστικῶς. Reticere nequeo, offendi me masculino vocabuli ἔχων genere. Fortassis potius huc pertinet corrupta Hesychii glossa I 303 ἀμφιλιχῆ· περιμάχητον.

(16) Or. 1369 IV p. 503 M. *ἁρμάτειον μέλος· τὸ ἁρμάτειον μέλος ὁ Δίδυμός φησιν ὠνομάσθαι, ὅτι αἱ ἀρχαῖαι παρθένοι εἰς τοὺς θαλάμους διὰ τῶν ἁρμάτων ἤγοντο. ὅθεν ἔτι καὶ νῦν πάροχοι λέγονται ἀπὸ τοῦ τοῖς ὄχεσι παρεδεῖσθαι* (Heath. *παροχεῖσθαι*), *ὡς ἐπιθαλάμιον ἐν τοῖς θαλάμοις. — ἔνιοι δὲ ἁρμάτειον τὸν θρῆνόν φασι τὸν ἐπὶ τῷ ἕλκυσμῷ τοῦ Ἕκτορος γενόμενον. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Κυρηναῖος ἐπιγράφει, λέγων εἶναι ἁρμόδιον ὦ Ἴλιον. εἰ δὲ ἦν παρεπιγραφή, ἅπαξ ἂν ἐπεγράφετο τὸ 'Ἴλιον ἀπώλεσεν.' ἔνιοι δὲ τὸν Φρύγα τὸν ἐκπεπηδηκότα εὐνοῦχον φασί. τοὺς δὲ εὐνούχους ἐπιεικῶς ὀξυφώνους ὑπάρχειν. τὸ οὖν ὀξύτονον ἁρμάτειον αὐτὸν φάναι διὰ τὸ τὸν ὑπαξόνιον τῶν ἁρμάτων ἦχον ἀνατεταμένον τε καὶ ὀξὺν εἶναι. ὅτι δὲ εὐνοῦχος ἦν, φησίν·* (1521) *οὔτε γὰρ γυνὴ πέφυκας οὔτ' ἐν ἀνδράσι σύγ' εἶ. καὶ πάλιν·* (1523) *ὀξὺ γὰρ βοῆς ὑπακοῦσαν Ἄργος ἐξεγείρεται. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι αἰτίαι, ἃς ἐκτίθεται ὁ ὑπομνηματιστής.*

Hypomnematistam hunc a Didymo probe distinguendum esse docet et. m. p. 145, 42, qui in fine addit οὕτω Δίδυμος καὶ Ἀλέξανδρος, idem tamen scholia Euripidea ipsa non adiit, sed hausit e Methodio (quo de v. comm. III p. 11 n.) ab auctore etiam synagoges Bachmanni I p. 144, 27 citato, qui compilavit Palamedis Eleatici λέξιν κωμικήν.

Hecub. 719—721 IV p. 168 M. τὸ δὲ δύστηνε ὁ Δίδυμός φησι πρὸς τὸν Πολύδωρον λέγειν τὴν Ἑκάβην, ὦ δύστηνε Πολύδωρε· ἐμαυτὴν γὰρ λέγω, δύστηνον ἀποκαλοῦσά σε.

(17) 830 codd. Ven. Flor. 21 (p. 8 Witzsch., IV p. 192 Matth.) τὰς ἀνάγκας οἱ νόμοι διώρισαν· — ὁ δὲ Δίδυμος οὕτως (cod. οὐ)· μᾶλλον ὤφειλεν εἰπεῖν, ὅτι τοὺς νόμους αἱ ἀνάγκαι διορίζουσιν. αἱ γὰρ ἀνάγκαι καὶ τῶν νόμων εἰσὶν ἐπικρατέστεραι, οὐχ οἱ νόμοι τῶν ἀναγκῶν. καὶ νῦν οὖν τοὐναντίον εἶπεν.

(18) 870 IV p. 204 M. καὶ Λῆμνον ἄρδην. — ὁ δὲ Δίδυμος οὕτω· Πελασγοὶ ἐπιθέμενοί ποτε ταῖς Ἀθήναις πολλοὺς τῶν ἐξ Ἀθηνῶν ἁρπάσαντες ἤγαγον εἰς Λῆμνον, ἐν οἷς καὶ γυναῖκας Ἀττικάς, αἷς παλλακίσι χρησάμενοι ἔσχον παῖδας. οὓς αἱ μητέρες τῶν τε πατέρων τὴν γλῶτταν καὶ τὰ ἤθη ἐδίδαξαν· οἱ δὲ συνήρχοντο τότε ἀλλήλοις, καὶ εἴ τις τύπτοι ἀπ' αὐτῶν τινα ἐβοήθουν ἅπαντες. καὶ μετὰ ταῦτα αἱ Λήμνιαι γυναῖκες τοὺς σὺν Θόαντι πάντας ἀπέκτειναν. δι' ἀμφότερα οὖν ταῦτα ἡ παροιμία ἐδόθη, τὰ Λήμνια κακά.

(19) 1005. τὸ γὰρ ὑπέγγυον. Δίδυμος οὕτως, τὸ ἀληθές, φησίν, οὔτε παρὰ τῇ δίκῃ, οὔτε παρὰ τοῖς θεοῖς ἐμπεσὸν ἀφανίζεται. τοῦτο δὲ διὰ τὸν Πολυμήστορα, ὅτι μέλλει τιμωρηθῆναι, πρῶτος ἀρξάμενος τῶν ἀτόπων. (Hic locus fugit Ritterum Didym. opusc. p. 39.)

## 14.

### Ὑπομνήματα Ἀριστοφάνους.

1.

De schol. ad Plut. 550 καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι σαφέστερον οἶδεν ἢ κατὰ Δίδυμον infra explanatius dicam.

2.

Plut. 720 Athen. II p. 67 D. *Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Πλούτῳ φησὶ 'ὄξει διέμενος Σφηττίῳ' Δίδυμος δ' ἐξηγούμενος τὸ ἰαμβεῖον φησι 'ἴσως διότι οἱ Σφήττιοι ὀξεῖς.'* Respicit append. proverb. Cent. IV 29 vol. I p. 440 ed. L et S. Hes. Phot. 560, 18.

3.

Plut. 1012 *νιτάριον ἂν καὶ βάτιον· Σύμμαχός φησι· Νίταρος πολὺς ἐπὶ μαλακίᾳ ὀνειδιζόμενος ἐν τοῖς ἑξῆς δράμασι καὶ Βάτος. καὶ τὰς μικρὰς δὲ θηλείας Βατύλους ἔλεγον. καὶ Θεοπόμπου δρᾶμά ἐστι Βατύλη. τινὲς δὲ νιτάριον καὶ βάτιον εἴδη φυτῶν. θέλει οὖν εἰπεῖν, ὅτι ὡς ἄνθη με εἶχε. Δίδυμος δέ φησιν, ὅτι ὑποκορίσματα πρὸς γυναῖκας. νιτάριον δὲ νεόττιον, οἱονεὶ κοράσιον.* (om. V.), cf. Suid., in quo Didymi explicatio praecedit. Inveteratum scripturae vitium correxisse sibi visi sunt Faber Bentleius Dindorfius scribendo *νηττάριον καὶ φάττιον*. Cf. interea Hes. *βάττικες· γυναῖκες, Βοιωτοί.* Copiosissimum de h. l. excursum edidit C. Th. Antonius in comparationis librorum sacrorum V. F. et scriptorum profanorum graecorum parte VI, Gorl. 1829 4° p. 2—9.

4.

Plut. 1130 *ἀσκωλίαζ' ἐνταῦθα· ἑορτὴν οἱ Ἀθηναῖοι ἦγον τὰ ἀσκώλια, ἐν ᾗ ἐνήλλοντο τοῖς ἀσκοῖς εἰς τιμὴν τοῦ Διονύσου. δοκεῖ δὲ ἐχθρὸν εἶναι τῇ ἀμπέλῳ τὸ ζῷον. ἀμέλει οὖν καὶ ἐπίγραμμα φέρεται τῆς ἀμπέλου πρὸς τὴν αἶγα οὕτως ἔχον·*

*κἦν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως δ' ἔτι καρποφορήσω*
*ὅσσον ἐπιλεῖψαί σοι, τράγε, θυομένῳ.* (Eueni sunt.)

*ἀσκωλίαζε δὲ ἀντὶ τοῦ ἅλλου. § Κυρίως δὲ ἀσκωλιάζειν ἔλεγον τὸ ἐπὶ τῶν ἀσκῶν ἅλλεσθαι ἕνεκα τοῦ γελωτοποιεῖν. ἐν μέσῳ δὲ τοῦ θεάτρου ἐτίθεντο ἀσκοὺς πεφυσημένους καὶ ἀληλιμένους, εἰς οὓς ἐναλλόμενοι ὠλίσθανον καθάπερ Εὔβουλος ἐν Δαμαλείᾳ φησὶν οὕτως·*

*— καὶ πρός γε τούτοις ἀσκὸν ἐς μέσον*
*καταθέντες εἰσάλλεσθαι καὶ καγχάζετε*

ἐπὶ τοῖς καταῤῥέουσιν ἀπὸ κελεύσματος.
οὕτω καὶ Δίδυμος. Eadem habet Harpocratio K (Marcian. 444 interpolatus) p. 37, 20 Bekk. Cf. Tim. p. 142 Fisch. Poll. 2, 194 9, 121 ed. Bekk. Bekk. anecdd. 327, 5 Hes. ἀσκωλιάζεις. ἀγκωλιάζων. De vv. οὕτω καὶ Δίδυμος infra disseram.

(5.)

Schol. Nubb. 133 Marcum Musurum sensit interpolatorem. Cf. Zenob. Prov. III 87.

5.

Rann. 13 Φρύνιχος· Δίδυμός φησιν, ὅτι νῦν Φρυνίχου τοῦ κωμικοῦ μέμνηται, ὡς παρ' ἕκαστα ἐν ταῖς κωμῳδίαις φορτικευομένου. ἔστι δὲ πατρὸς Εὐνομίδου, κωμῳδεῖται δὲ ὡς ξένος καὶ ἐπὶ φαυλότητι ποιημάτων καὶ ὡς ἀλλότρια λέγων καὶ κακόμετρα. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς Φρύνιχοι. Reliqua scholii pars interpretis est Didymum impugnantis.

6.

41. μὴ μαίνοιό γε· Δίδυμος ἀντὶ τοῦ μὴ μανείης. πιθανώτερον δὲ κτέ.

7.

55. μικρὸς ἡλίκος Μόλων· παίζει. ἔστι γὰρ μεγαλόσωμος ὁ Μόλων. Δίδυμος δέ φησιν, ὅτι δύο Μόλωνές εἰσιν, ὁ ὑποκριτὴς καὶ ὁ λωποδύτης· καὶ μᾶλλον λωποδύτην λέγει, ὃς ἦν σμικρὸς τὸ σῶμα. Τιμαχίδας δὲ τὸν ὑποκριτὴν λέγεσθαι Μόλωνα. Histrionem Molonem commemorat Demosth. π. παραπρ. 418, 6 R.

8.

104. κόβαλλα· κακοῦργα καὶ ἀνελεύθερα. Δίδυμος κατεστωμυλμένα ἀπατητικά, καὶ κακοβούλους κοβάλλους. Cf. Hes. schol. Eur. Hec. 129 Cobet. De Coballis habemus egregiam disputationem Lobeckii in miscc. critt. Seebod. II 3 p. 568—570.

9.

186. τὸ δὲ λήθης πεδίον, Δίδυμός φησι, χωρίον ἐν

ᾄδου τετύπωκεν, ὡς καὶ τὸν Αὐαίνου λίθον ἔπλασεν ἀπὸ τοῦ αὐαίνεσθαι τοὺς νεκροὺς καὶ ἀλίβαντας εἶναι. κτλ.

10.

223. ὄῤῥον· — — Καλλίστρατος τὴν ὀσφῦν καὶ τὸ ἱερὸν ὀστοῦν. Δίδυμος τὴν τραμὴν (τράμιν), οὐχ ὥς τινες τὸ ἰσχύον. ἔνθεν καὶ τὸ ὀῤῥωδεῖν τὸν ὄῤῥον ἰδροῦν. Ὅμηρος· ἴδιον ὡς ἐνόησα. τοῦτο γὰρ πάσχουσιν οἱ φοβούμενοι. Homeri locus est Odyss. υ 204, ad quem cf. schol. Herodiani B p. 525 Buttm. Ceterum vid. λέξιν κωμικήν p. 77.

11.

232. — — Δίδυμος δέ φησιν· ἢ ὅτι κέρατα ἔχει, ἢ κεροβάτης, οἷον τὴν βάσιν ἔχων κερατίνην. εἴπερ ἱστορεῖται τὰ κάτω τράγου ἔχειν, ὥστε ἀπὸ τῶν ποδῶν κεροβάτης. Vid. lex. com. p. 77.

12.

716. κυμάτων ἐν ἀγκάλαις· Δίδυμός φησι παρὰ τὸ Αἰσχύλου (Archilochi?)·

ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις.

θέλει δὲ εἰπεῖν καὶ ταῦτα ὄντες ἐν πολλοῖς κινδύνοις. ἐνεστήκει γὰρ ὁ Διονυσιακὸς πόλεμος.

13.

788. λυγισμῶν· καμπῶν. γράφεται δὲ λογισμῶν — — Δίδυμος δὲ λυγισμῶν ἀπὸ τῶν συνδέσεων τοῦ λόγου.

14.

992. Φορμίσιος· Δίδυμός φησιν, ὅτι Φορμίσιος δραστικὸς ἦν καὶ τὴν κόμην τρέφων καὶ φοβερὸς δοκῶν εἶναι, διὸ καὶ Αἰσχύλου μαθητὴν φησιν αὐτὸν εἶναι. βαθὺς δὲ ἦν καὶ καθίει τὸν πώγωνα. κωμῳδεῖται δὲ εἰς δωροδοκίαν. Cf. lex. com. p. 78.

15.

997 (1001). οὐ Χῖος ἀλλὰ Κῖος· ὅτι δοκεῖ προσγεγράφθαι τῇ πολιτείᾳ, Ἄγνωνος αὐτὸν ποιησαμένου, ὡς Εὔπολις Πόλεσιν. Ἀρίσταρχος δὲ ὡς γεγραμμένου Κῷος ἐξηγεῖται, ὅτι πρὸς τὸ Κῷος εἰσήγαγε τὸ Χῖος. τὸν γὰρ

ἀντίστροφον τῷ Χίῳ λέγεσθαι. τοῦτο οὖν φησιν, ὅτι οὐδέποτε κακοβουλεῖ ὁ Θηραμένης ὡς ἐν ἀστραγάλοις, ἀλλ' ἐπιτυγχάνει. ἐπιπλήττει δὲ αὐτῷ ὁ Δημήτριος ὡς τελέως ἀγνοοῦντι, ὅτι Κῖος ἦν. παραλείπει δὲ ὅμως καὶ αὐτός, ὅτι οὐδὲν ἧττον παρὰ τὴν ὑπόνοιαν εἴρηται ἀντὶ τοῦ Κῷος Κῖος. Δίδυμος δέ φησιν, ὅτι δύναται καὶ τῆς παροιμίας μεμνῆσθαι, οὐ Χῖος ἀλλὰ Κῖος, παρόσον ποικίλος τις ὢν καὶ ἀγχίστροφος καθωμίλει τοὺς καιροὺς πρὸς τὸ κρεῖττον μέρος ἀεὶ διδοὺς ἑαυτόν. Cf. Gerhard. de Aristarcho Aristophanis interpr. p. 30. 31, Bonn. 1850. 8.

16.

1017 (1021). — — Δίδυμος, ὅτι Μαμμάκουθος καὶ Μελιτίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβάλλοντο. καθάπερ καὶ ὁ Βουταλίων καὶ ὁ Κύροιβος. μήποτε δὲ γραπτέον εἴη Μαμμάκυθοι διὰ τὸν στίχον. Videsis me in annal. Marburg. 1853 fasc. 6 p. 517.

17.

1055 (1060). — — — ἄλλως. Δίδυμος, ὅτι οὐ περιέχουσι θάνατον Δαρείου οἱ Πέρσαι τὸ δρᾶμα. διό τινες (Herodicus puta et Eratosthenes) διττὰς καθέσεις [τουτέστι διδασκαλίας] τῶν Περσῶν φασί. καὶ τὴν μίαν (sc. κάθεσιν) μὴ φέρεσθαι. τινὲς δὲ (h. e. Chaeris) γράφουσι Δαρείου τοῦ Ξέρξου. οἱ δέ, ὅτι τοῖς κυρίοις ἀντὶ πατρωνυμικῶν κέχρηνται. καὶ ὅτι ὁ Ξέρξης, οἱ δὲ ὅτι εἴδωλον Δαρείου φθέγγεται ἐκεῖ τεθνηκότος δηλονότι. In his καθέσεις pro θέσεις debetur Kustero. θέσεις defendit Dindorf. p. 406 Invern. coll. schol. Plat. p. 330 Bekk. — Cf. Blomfield. praef. ad Pers. p. XXV Bernh. Eratosth. p. 224 Haupt. excurs. ad Aeschyli Pers. p. 287 Bernhardyi lit. Gr. h. II p. 770.

18.

1332 (1340). — — Δίδυμος δὲ προστίθησιν, ὅτι εἰώθασιν ἀντὶ λύρας κογχύλια καὶ ὀστράκια κρούοντες, εὔρυθμόν τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις. Athen. XIV p. 636 DE. Δίδυμος δέ φησιν εἰωθέναι τινὰς ἀντὶ τῆς λύρας κογχύλια καὶ ὄστρακα συγκρούοντας ἔρρυθμον (ἔνρ. AP. εὔρ. C. Bas. L.) ἦχόν τινα ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις,

καθάπερ καὶ Ἀριστοφάνη ἐν Βατράχοις φάναι. Athenaeus fortasse libros Didymi convivales compilavit, vel σύμμικτα, quo refero etiam ἐξῆκται ἐν ταῖς ἐκλογαῖς in schol. Pac. 1241.

19.

Schol. Avv. 13 οὐκ τῶν ὀρνέων· ἀντὶ τοῦ ὀρνεοπώλων. Δίδυμος δὲ δεινὰ φάσκειν αὐτοὺς ἐκ τῶν ὀρνέων πεπονθέναι. ἐπεὶ Ὄρνεαι τῆς Λακωνικῆς εἰσι. πρὸ δὲ ἐτῶν δύο κακῶς περὶ Μαντίνειαν ἀπήλλαξαν, ὡς καὶ τοὺς στρατηγοὺς ἀποβαλεῖν, Λάχητα καὶ Νικόστρατον, καθὰ καὶ Ἀνδροτίων φησίν. Pertractavit haec God. Hermannus in Philologo. De Orneis disputat E. Curtius Peloponn. II p. 478 sqq. et p. 582 n. 55.

20.

43. κανοῦν δ' ἔχοντε· — Δίδυμος δέ φησιν ἀμυντήρια τῶν ὀρνέων αὐτὰ βαστάζειν, ἀντὶ ὅπλου μὲν τὸ κανοῦν, περικεφαλαίας δὲ τὴν χύτραν, ἵνα μὴ ἀφιπτάμενα τὰ ὄρνεα τύπτῃ αὐτούς. τὰς δὲ μυῤῥίνας πρὸς τὸ ἀποσοβεῖν. Cf. Suid. s. v. κανοῦν. Leutsch. in Philol. vol. II p. 17 sqq.

21.

58. ἐποποῖ· Σύμμαχος καὶ Δίδυμος προπαροξύνουσιν· οἱ δὲ περισπῶσιν, ἵν' ᾖ ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ ἐποπιστί. εἰ δὲ προπαροξύνοιτο, δῆλον ὅτι ἐσχημάτισται ἀπὸ εὐθείας τῆς ἔποπος.

22.

149. — — Δίδυμος δέ φησι Λέπρεον ὠνομάσθαι ἢ διὰ τὸ τὴν χώραν αὐτὸ λέπειν· διαφαίνονται γὰρ ἐκ τῆς ὀρεινῆς· πέτρας γὰρ εἶναι αὐτόθι ποικίλας χρώματι καὶ διαλεύκους, ὁμοίας τοῖς τὰς ὄψεις λεπριῶσι, καὶ διὰ τοῦτο οὕτως ὠνομάσθαι ἐκ τοῦ πάθους· ἢ διὰ τὸ τοὺς πρώτους οἰκήσαντας τὴν πόλιν ταύτῃ τῇ νόσῳ κατεσχῆσθαι. τοὺς οὖν πλησιοχώρους Λεπρεώτας (Hes. Λεπρεάται) αὐτοὺς καλεῖν· τοὺς δὲ μὴ βουλομένους δοκεῖν ἄχθεσθαι τῷ ὀνόματι, Λέπρεον τὴν πόλιν καλέσαι· οὐδετέρως γὰρ λέγεται

ἡ πόλις τὸ Λέπρεον, ὁ δὲ ἀρσενικῶς εἶπεν. Cf. E. Curtius Peloponn. II p. 83 sq. p. 117 n. 85.

23.

217. τοῖς σοῖς ἐλέγοις· — Δίδυμος δέ φησιν, ὅτι οἱ πρὸς αὐλὸν ᾀδόμενοι θρῆνοι. τὸν γὰρ αὐλὸν πένθιμον ὑπειλῆφθαι. Cf. huius operis lib. IV cap. 9 fr. 1.

24.

302 (303). ὅστις ἐστὶ κηρύλος· Εὐφρόνιός φησι τοὺς Δωριεῖς λέγειν· βάλε δὴ βάλε κηρύλος εἴην. τοὺς δὲ Ἀττικοὺς κείρυλον. φησὶ δὲ Δίδυμος τὸ κατὰ φύσιν ὄνομα κείρυλος λέγεσθαι. Ἀντίγονος δέ φησι τοὺς ἄρσενας τῶν ἀλκυόνων κηρύλους λέγεσθαι, οὓς γηράσκοντας αἱ θήλειαι βαστάζουσι τοῖς πτεροῖς. μήποτε παρὰ τὸ κείρειν ἐσχημάτικεν. ὁ δὲ Σποργίλος ἦν κουρεύς. μνημονεύει αὐτοῦ Πλάτων ἐν Σοφισταῖς·

τὸ Σποργίλου κουρεῖον ἔχθιστον τέγος.

τοῦτο οὖν ἔστω σημεῖον τοῦ καὶ τὸν κηρύλον ἴσως παρὰ τὸ κείρειν ἠτυμολογηκέναι τὸν Ἀριστοφάνη. Egregie de h. l. disputat E. de Leutsch. in Philol. II p. 19—33 sect. V. Ceterum in scholio nonnulla turbata sunt. Alcmanis fragmentum enim apud Antigonum Carystium exstabat, non apud Euphronium, quod cum ex Tzetze ad Lyc. 387 tum ex ipso Antigono patescit. Rescribo igitur Εὐφρόνιός φησι τοὺς Δωριεῖς λέγειν κηρύλον, τοὺς δὲ Ἀττικοὺς κείρυλον. Ἀντίγονος δέ φησι τοὺς ἄρσενας — τοῖς πτεροῖς..... (lacuna) βάλε δὴ βάλε κηρύλος εἴην. φησὶ δὲ Δίδυμος τὸ κατὰ φύσιν ὄνομα κείρυλος λέγεσθαι. μήποτε κτέ. De Didymi scriptura κείρυλος vid. Lehrs. Arist. p. 341.

25.

307 (305). πορφυρίς· ἡ πορφυρὶς ἀναγέγραπται, κερχνὶς δὲ οὔ, ἀλλὰ κέρχνη. καὶ ἡ κολυμβὶς δὲ φαίνεται καὶ ἡ ἀμπελίς. Δίδυμος δὲ μικρὸν ἱέρακά φησιν.

26.

439. ἥνπερ ὁ πίθηκος τῷ γυναικὶ διέθετο· Σύμμαχος· Αἰσωπείου λόγου ἢ τοιούτου τινὸς ἔοικε με-

μνῆσθαι. Καλλίστρατος δὲ τοσοῦτόν φησιν ἐκ διηγηματίου τινὸς εἱλκύσθαι. καὶ Δίδυμος, ὅτι αἰσχρός τις τὴν ὄψιν συνεχῶς τῇ γυναικὶ πλησιαζόμενος (O. Schneider. p. 59 πληκτιζόμενος) συνέθετο ἐπὶ φίλων μήτε τύπτειν μήτε τύπτεσθαι, μήτε δάκνειν φιλοῦντα μήτε δάκνεσθαι. οἷον· σὺ μὲν οὐχ ἑλκύσεις τῶν ὀρχιπέδων, οὐδὲ ἐγὼ τῶν τριχῶν. ἔοικε δὲ Παναίτιον κωμῳδεῖν, ὃν καὶ ἐν Νήσοις· καταλιπὼν Παναίτιον πίθηκον, ἔνθα καὶ μαγείρου πατρὸς αὐτὸν λέγει. πίθηκον δὲ αὐτὸν εἶπε διὰ τὸ πανοῦργον.

27.

530. βλιμάζοντες· — Callistratus — Δίδυμος δὲ βλιμάζοντες ἀντὶ τοῦ κακοῦντες. ἀποτίλλουσι γὰρ καὶ κατεσθίουσιν. Cf. et. m. p. 200, 38 Gud. 110, 19 Schneider. de schol. Aristoph. p. 82. 83.

28.

704. Σύμμαχος — ἐρωμένοις. Δίδυμος δέ, ἐπεὶ ἡ σίττη καὶ εἴ τι τοιοῦτον ὄρνεον δεξιὰ πρὸς ἔρωτας φαίνεται. ἐγὼ μὲν ὦ Λευκίππη δεξιῇ. Fragmentum choliambicum tractat Meinek. Chol. LXII p. 122. 3.

29.

737. Μοῦσαν λοχμαίαν· — Δίδυμος, ὅτι ἐγκεκρυμμένοι ἐν ταῖς λόχμαις φωνεῖν εἰώθασιν.

30.

768. Locus e libro Didymi περὶ διεφθορυίας λέξεως apponitur, quem tractavi in libr. I cap. 1 p. 19.

30ᵃ.

816. οὐδ' ἂν χαμεύνην· Δίδυμός φησιν· οὐδ' ἄσπαρτον, ᾧ χρησαίμην. οὕτω μισῶ τὴν Σπάρτην. χαμεύνη δὲ ταπεινὴ κλίνη.

31.

824. — Δίδυμος δέ φησιν διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ὀνομάτων τῆς Φλέγρας καὶ τῆς Νεφελοκοκκυγίας.

32.

835. Ἄρεως νεοττός· νεοττοί τινες ἀλεκτρυόνες λέ-

γονται, ὡς καὶ Μηδικοί. ἴσως δέ τισι (?τις ἦν) καλὸς παῖς Νεοττὸς τοὔνομα, πρὸς ὃν παίζει· ὦ Νεοττὲ δέσποτα. οὕτω Δίδυμος.

33.

836. Δίδυμός φησι τὸ Πελαργικὸν τεῖχος ἐπὶ πετρῶν κεῖσθαι. Cf. Goettling. in Mus. Rhen. N. F. IV p. 321—45 p. 324.

34.

876. — — ὁ δὲ Δίδυμος μητέρα Κλεοκρίτου, ὅτι ὡς γυναικίας καὶ κίναιδος κωμῳδεῖται. ἐν δὲ τοῖς μυστηρίοις τῆς Ῥέας μαλακοὶ πάρεισι. καὶ ἴσως ἕτερος ἂν εἴη τοῦ παρ' Εὐπόλιδος ἐν Δήμοις καὶ Κόλαξι.

35.

995. τίς ὁ κόθορνος· οἷον, τί ὑποδησάμενος πάρει; οὕτω Σύμμαχος † πρὸς [τὸ] τί ὑποδέδεται τῷ δεξιῷ [Δίδυμος οὕτω· πρὸς τί ὑποδέδεται τὸ δεξιόν; τίς ἐστὶν ἡ ἐπίνοια τῆς ὁδοῦ; RV.] Possis etiam οὕτω Σύμμαχος πρὸς τό· πρὸς τί κτλ., ut Symmachus impetum in Didymi explicationis conamen fecisse dicatur. Certe haec vocabuli πρός significatio solemnis in his scholiis.

36.

1001 (1002). προτιθεὶς οὖν· Δίδυμος, τοιοῦτος ἀήρ ἐστι τῇ γῇ περικείμενος, ὅμοιος πνιγεῖ, καθαπερεὶ πῶμά τι περικείμενος. τὰ δὲ ἑξῆς φησι Σύμμαχος ἐπίτηδες ἀδιανόητα.

37.

1112. ὀξὺν ἱερακίσκον· — Δίδυμος, τάχος ὡς ἱέρακος, ἵνα ταχέως φύγῃ.

38.

1113. πρηγορεῶνας· κυρίως τῶν ὀρνίθων ὁ λεγόμενος πρόλοβος — τροφήν. Δίδυμος δέ, τοὺς βρόγχους τῶν ὀρνέων, τοὺς λεγομένους προλόβους, ὅτι συλλέγεται ἐν αὐτοῖς τὰ σιτία. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων πρηγορεῶν πάλιν ὁ βρόγχος. ἑκάτερον δὲ ἀπὸ τοῦ συναθροίζειν ἐκεῖ τὴν τροφήν. Vid. lex. com. p. 79.

39.

1121. *ἀλλ' οὑτοσὶ τρέχει· Σύμμαχος —. ὁ δὲ Δίδυμος παρὰ τὸ Πινδάρου· ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειοῦ. διχῶς δέ τινες· ἄλφειον πνέων.* Nem. I 1.

40.

1274. *ὦ κατακέλευσον· οἱονεί, σιωπὴν κήρυξον. οἱ γὰρ κελευσταὶ πολλάκις σιωπὴν καταγγέλλειν εἰώθασιν, σιώπα λέγοντες καὶ ἄκουε καὶ τὰ ὅμοια.*

41.

1284. *σκυτάλι' ἐφόρουν· — οὕτω Σύμμαχος. ὁ δὲ Δίδυμος σκυτάλια τὰς βακτηρίας, αἷς τὰ σκύταλα τύπτουσιν, ὅ ἐστι τοὺς τραχήλους. ἢ παίσει* (legebatur *παύσει*) *βάκτρῳ καλίνῳ σκύταλα Φρὺξ ἀνήρ.*

42.

1295. *Ὀπουντίῳ δ' ὀφθαλμόν· Δίδυμος, ὡς τοιούτου τὴν ὄψιν ὄντος μνημονεύει αὐτοῦ καὶ μέγα ῥύγχος ἔχοντος, καὶ ὁ τὰς Ἀταλάντας γράψας καὶ Εὔπολις ἐν Ταξιάρχαις. Σύμμαχος· κτέ.*

43.

1296. *χηναλώπηξ· — ὁ δὲ Δίδυμος Θεαγένη καὶ Φιλοκλέα φησὶν ὀρνιθώδεις εἶναι.*

44.

1298. *Μειδίας δ' ἐκεῖ Ὄρτυξ· ὁ μὲν Δίδυμος οὕτως ... ὁ δὲ Ἀμμώνιος ᾠήθη ἐξ ἐπιθέτου Μειδίαν ὄρτυγα καλεῖσθαι. γελοίως. διὰ τὸ κυβευτὴν εἶναι καὶ ἐν πυρῷ τοὺς ὄρτυγας κόπτειν οὕτως αὐτὸν νῦν Ἀριστοφάνης προσεῖπε. δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοφάνης † καὶ Πλάτων ἐν Περιαλγεῖ· 'χρηστόν γε μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον'. διαβάλλεται δὲ εἴς τε πονηρίαν, ὡς Μεταγένης ἐν Ὁμήρῳ, καὶ συκοφαντίᾳ· κόβαλός τε εἶναι ἐλέγετο καὶ πτωχαλαζών, ὡς Φρύνιχος ἐν Ἐπιάλτῃ. λέγει δὲ ἐν Ποαστρίαις ὁ αὐτός, ὡς καὶ περὶ ἀλέκτορας αὐτοῦ ἐσπουδακότος· — ὁ δὲ Σύμμαχος κτέ.* Correctiones admisi certissimas O. Schneideri p. 76. 77. Didymi verba nonnulla exciderunt.

45.

1369 (1363). *Σύμμαχος — Δίδυμος δέ· ἀντὶ τῆς πτέρυγος ἀσπίδα δίδωσιν αὐτῷ, ἀντὶ δὲ τοῦ πλήκτρου ξίφος. ἦλθε γὰρ ὡς ἀλεκτρυὼν πτερωθῆναι, ἐπεὶ ἐκεῖνοι τοὺς πατέρας τύπτουσιν.*

46.

1379. *τί δεῦρο πόδασὺ κυλλόν· ἄλλως· Δίδυμος μὲν κύκλον, ἐπεὶ κυκλίων ᾀσμάτων ποιητής ἐστι. κυλλὸν δέ, ἐπεὶ χωλός ἐστιν. εἴρηται δὲ περὶ αὐτοῦ ἐν Βατράχοις. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις δύο φησὶ γεγονέναι· — Σύμμαχος οὕτως· Εὐφρόνιος καὶ κτέ.* De hoc loco quid statuam dicam infra.

47.

1528 (1520). *Ἰλλυριοί· Δίδυμος, ὥσπερ βάρβαροι. ἀνέπλασε δέ τι γένος θεῶν βαρβάρων Τριβαλλῶν ἀνώτατον (ἀνώτερον* MS. Bentl.), *οἷον ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων βάρβαρα ἔθνη πορρωτάτω καθεστήκασι. περὶ δὲ Θράκην εἰσὶν οἱ Ἰλλυριοί.*

48.

1684 (1677). *καὶ μεγάλα· τὴν καλὴν καὶ μεγάλην Βασιλείαν γαμεῖν. οὕτω Δίδυμος.*

49.

1687 (1680). *ὥσπερ αἱ χελιδόνες· Σύμμαχος — ὁ δὲ Δίδυμος οὕτω· καταλλήλως εἶχεν, εἰ ἔλεγεν, ὡς τὰς χελιδόνας. θέλει δὲ λέγειν, εἰ μὴ βαδίζει πρὸς τὰς χελιδόνας. διὸ καὶ ἐποίσει· οὐκοῦν παραδοῦναι ταῖς χελιδόσι λέγει. ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς πρὸς αὐτὰς βαδίζει εἰς Νεφελοκοκκυγίαν.*

50.

1711. *ἡ γλῶσσα χωρίς· Σύμμαχος. — Δίδυμος δέ· ἐν ταῖς θυσίαις χωρὶς ἡ γλῶσσα ἐτέμνετο, οὐ μετὰ τῶν ἄλλων σπλάγχνων. καὶ Ὅμηρος· 'ἀλλ' ἄγε τάμνετε μὲν γλώσσας.' ἐγένετο δὲ τοῦτο δι' ἄλλην αἰτίαν, οὕτως δὲ βούλεται λέγειν, ὅτι ἐξεβλήθη ἐκ τῶν σπλάγχνων διὰ τοὺς ῥήτορας ἡ γλῶσσα, ἐπεὶ ταύτῃ τοὺς ἄλλους κακοποιοῦσιν.* Homeri locus est γ 332. 341, cf. schol. p. 105. 6 sq. Buttm.

51.

Schol. Eqq. 963 (950). Cf. Ach. 1100.

52.

Schol. Pac. 759 (757) *Λαμίας ὄρχεις· — Δίδυμος δέ· εἰδωλοποιεῖ τινας ὄρχεις Λαμίας. θῆλυ γάρ.* Reliqua Didymus scripsisse non videtur. [De Lamiis caput integrum legitur in Wieri de praestigiis daemonum l. III (ni fallor), cf. Lobeck. technol. p. 326.] Cf. schol. Ar. Vesp. 1030. Quibus integrioribus in Aristophanem scholiis licuit uti, Suidas vol. II 1 p. 496 Bernh. Eudoc. p. 274, 5 et Phot. p. 205, 9, certiores nos faciunt scholiastam e Duridis Libycis (*ἐν δευτέρῳ Λιβυκῶν*) de Lamia fabulam delibasse. Fortasse hunc Aristophanis versum respicit et. m. 556, 55 *λαπιδόρχας, ὁ μεγάλους ὄρχεις ἔχων.* De Lamia lamiisque infantium terriculamentis multi dixerunt, Bochart. geogr. sacr. II 1 c. 33 p. 652 Natalis Com. myth. p. 753 Nic. Perotti Corn. Cop. p. 326, 57 Faceli. de reb. Sicul. X dec. 12 D. Lambin. ad Horat. AP. 340 Phil. Beroald. ad Apulei. fol. 23 (Venet. 1504) Pricaeus adnot. ad Apulei. p. 273 [99] Taubmann. ad Plaut. p. 1204 *B* 2, 1406 *B* 2 Wesseling. ad Diod. Sic. XX 41 p. 778 Valck. ad Theocr. Adon. p. 347 Ukert über Daemonen u. s. w. in Abh. d. saechs. Gesellsch. d. Wiss. I p. 171. n. 196. Praeterea ex antiquis scriptoribus cf. Aristot. Eth. Nicom. *H* p. 124, 27 Bekk. Plutarch. de curios. p. 515 F Philostr. V. A. IV p. 165 Lucian. philops. c. 2 schol. Plat. Phaedr. p. 315 Bekk. schol. Apoll. Rh. IV 828 schol. Laur. ad Theocr. XV 40 p. 961 ed. Kiessl. schol. Aristid. p. 19 ed. Fromm. Arsen. p. 332 anecdd. Bachm. I p. 218, 27 287, 27 et. m. 555, 50 Hesych. *Λαμία Ἀργυῖτας Γελλώ* et *Γελώ* coll. Lobeck. Aglaoph. I p. 302 Zenob. 3, 3. — De accentu *Λάμια* unice probando cf. Spitzn. vers. heroic. p. 30 Meinek. Menandr. p. 145. Testes sunt ipsi grammatici nobilissimi ap. Cram. A. Oxx. I p. 370, 22. — Fabulas Lamiae nomine inscripserunt Euripides et Crates comicus.

53.

831. τὰς ἐνδιαεριανερινηχέτους· — Δίδυμος δὲ πεπλάνηται λέγων ἀνερινηχέτους (Rav. αὐερι-). οὐ γὰρ λέγουσιν ἀνέρα (id. αὐέρα) οὗτοι.

54.

929 (931). οἱ καθήμενοι ὑπὸ τοῦ δέους· — τὸ γὰρ ὀῖ ὀδυρομένων ἐστὶν ἐπίφθεγμα καὶ δυσχεραινόντων. Δίδυμος δὲ ἐν ἐκτάσει. οἱ γὰρ φοβούμενοι (οἴ) οὕτω λέγουσιν.

55.

1253. συρμαίαν μετρεῖν· οἱ μὲν ἀξιοῦσι χυλὸν βοτάνης εἶναι τὴν συρμαίαν, ᾗ χρῶνται Αἰγύπτιοι πρὸς διάῤῥοιαν, τινὲς δὲ τὸν λεγόμενον ζυθύν, ὡς καί φησι Δίδυμος. ἄλλως. φαίνονται τοῦ χυλοῦ τῆς συρμαίας πίνειν οἱ Αἰγύπτιοι πρὸς διάῤῥοιαν. ὡς Δίδυμος, ἁλμαία ἐκ ῥαφανίδων Αἰγυπτιακὴ πρὸς κάθαρσιν ἐπιτήδειος.

56.

Lys. 313 τῶν ἐν Σάμῳ στρατηγῶν· Δίδυμος καὶ Κάρτερός φασι ταῦτα αἰνίττεσθαι εἰς Φρύνιχον τὸν Στρατωνίδου. ἐκακοηθεύσατο γὰρ πρὸς τὸν δῆμον ἐν Σάμῳ στρατηγῶν, ὥστε ἐψηφίσατο κατ' αὐτοῦ ὁ δῆμος δημόσια εἶναι τὰ Φρυνίχου χρήματα καὶ τῆς θεοῦ τὸ δέκατον μέρος καὶ τὴν οἰκίαν κατεσκάφθαι αὐτοῦ, καὶ ἄλλα πολλὰ κατ' αὐτοῦ ἔγραψεν ἐν στήλῃ χαλκῇ. καὶ ἐν Βατράχοις (689)· κεῖ τις ἥμαρτε σφαλείς τι Φρυνίχου παλαίσμασιν.

57.

Ach. 1089 (1075) ἐν μίᾳ ἡμέρᾳ ἄγονται οἵ τε Χύτροι καὶ οἱ Χόες ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾧ πᾶν σπέρμα εἰς χύτραν ἑψήσαντες θύουσι μόνῳ τῷ Διονύσῳ καὶ Ἑρμῇ. οὕτω Δίδυμος.

58.

1100. θρῖον ταρίχους· — σκεύασμα δέ τι παρὰ Ἀθηναίοις τὸ θρῖον, ὅπερ λαμβάνει ὕειον στέαρ ἢ ἐρίφειον καὶ σεμίδαλιν καὶ γάλα, καὶ τὸ λεκιθῶδες τοῦ ᾠοῦ πρὸς τὸ πήγνυσθαι. καὶ οὕτως εἰς φύλλα συκῆς ἐμβαλλόμενον ἥδιστον ἀποτελεῖ βρῶμα. οὕτω Δίδυμος.

59.

Vesp. 804 (769) *εἶλη κατ' ὄρθρον· — γράφεται δὲ καὶ κατ' ὀρθὸν ἐν πολλοῖς. καὶ ἐξηγούμενος Καλλίστρατός φησι, κατὰ τὸ ὀρθῶς ἔχον· οὐχὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷ δ' ἡλιάσεις* (sic). *μήποτε δὲ ψιλῶς προσενεκτέον, παρὰ τὴν Ἡλιαίαν, πρὸς ἥλιον δικάσειν. ἅμα δὲ παίζει παρὰ τὴν τοῦ ἡλίου ὀνομασίαν. ψυχρῶς δὲ πέπαιχε, φησὶν ὁ Δίδυμος, πρὸς τοὔνομα. ἐπειδὴ γὰρ εἶλη λέγεται ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή, Ἡλιαία δὲ τὸ δικαστήριον, παίζων ἔφησε πρὸς φιλόδικον, ὅτι, ἐπειδὰν ἀνάσχῃ ὁ ἥλιος, ἡλιάζειν ἐνέσται σοι. οὕτως δὲ οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ἰείλην λέγουσιν. οὕτω Δίδυμος.* Abhinc Symmachi verba leguntur. ?*διὰ τοῦ ει* vel *ψιλοῦντες εἴλην*?

60.

1074 (1033). *τοῖς ἠπιάλοις· — Δίδυμος δέ φησι, δαίμων, ὃν Ἠπιάλην καὶ Τίφην καὶ Εὐόπαν καλοῦσιν.* Cf. p. 51. 2 et Boeckh. expl. Pind. p. 271.

61.

1099 (1058). *πρὶν ταῦτα· τὰ πρὶν κατορθώματα ἀπώλετο. Δίδυμός φησιν, ὡς παρῴδησε ταῦτα ἐκ τῶν Τιμοκρέοντος τοῦ Ῥοδίου* (fr. 7 p. 942 Bergk. ed. 2).

62.

1217 (1173). *Καρδοπίων· καὶ τοῦτο ἀρχὴ μύθου. Δίδυμος· ὁ Καρδοπίων ζητητέος. οὐδαμοῦ κωμῳδεῖται. ἀλλ' Ἀγκυλίων, ἐπὶ τῷ τὴν μητέρα κάκως διατιθέναι. λείπει δὲ ἔτυψεν.*

63.

1349 (1300). *ἔοικας ὦ πρεσβῦτα· Δίδυμός φησιν, ἀδιανόητα σκώπτει ἐνταῦθα. τὸ δὲ τρυγὶ ὡς πρὸς γεγηρακότα λέγει.*

64.

1428 (1379). *ἴθι μοι παράστηθ' ἀντιβολῶ· γυνή τις ὑβρισμένη ὑπὸ τοῦ γέροντος δεῖται τοῦ υἱοῦ βοηθῆσαι αὐτῇ. Δίδυμος δὲ ἀρτόπωλις λέγει.*

65.

Thesm. 31 *οἱ περὶ Ἀρίσταρχον καὶ Δίδυμόν φασι*

τοιοῦτον εἶναι τὸν Ἀγάθωνα. ἐγὼ δὲ οὐχ ἡγοῦμαι, ἀλλ' ἐπειδὴ βούλεται κωμῳδεῖν τὸν Ἀγάθωνα, ὡς μήτε καρτερὸν μήτε μέλανα, τοῦτο εἶπεν. ἢ ἄσημόν τινα.

66.

169. ἐν ἐνίοις δὲ Ἀχαιός γέγραπται, καὶ τὰ παλαιότερα ἀντίγραφα οὕτως εἶχεν. Ἀριστοφάνης δέ ἐστιν ὁ μεταγράψας Ἀλκαῖος. περὶ γὰρ παλαιῶν ἐστιν ὁ λόγος, ὁ δὲ Ἀχαιὸς νεώτερος. τὸ δὲ λεγόμενον ὑπὸ Διδύμου πρὸς Ἀριστοφάνην, ὅτι οὐ δύναται Ἀλκαίου μνημονεύειν (οὐ γὰρ ἐπεπόλαξε, φησί, τὰ Ἀλκαίου διὰ τὴν διάλεκτον) λελήρηται ἀντικρύς. καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου δράματι τοῖς Ὄρνισι παρῳδηται τὸ 'ὄρνιθες τίνες οἷδ' ὠκεανῶ γᾶς ἀπὺ περράτων' οὕτως 'ὄρνιθες τίνες οἷδ' οὐδὲν ἔχοντες' καὶ ἐν Σφηξίν· 'ὤνηρ οὗτος ὁ μαιόμενος τὸ μέγα κράτος'. ἀλλαχοῦ δὲ ὁ Δίδυμός φησιν· ἡ μὲν γραφὴ δύναται μὲν εἶναι, οὐκ ἂν δὲ τούτου τοῦ μελοποιοῦ μέμνηται, πάλιν τὸ αὐτὸ λέγων, ὅτι οὐκ ἐπεπόλαξε τὰ μέλη, [ἀλλ'] Ἀλκαίου τοῦ κιθαρῳδοῦ, οὗ καὶ Εὔπολις ἐν χρυσῷ γένει μέμνηται· 'ὦ Ἀλκαῖε Σικελιῶτα Πελοπουνήσιε.' τί δὲ ἐνταῦθα κιθαρῳδοῦ, περὶ ποιητοῦ ὄντος τοῦ λόγου; Cf. Nauck. Ar. Byz. p. 64 n. 92. Multus de h. l. est etiam Schneiderus p. 16 sqq.

(67.)

Schol. Avv. 17 οἱ μὲν πλείους — κωμῳδεῖσθαι. οὐκ ἔχομεν δὲ υἱὸν αὐτοῦ διὰ τῆς κωμῳδίας εἰπεῖν. μήποτε οὖν, φησί...., κατὰ περίφρασιν εἴρηκεν Θαρρελείδου κολοιόν, ἐν ἴσῳ τῷ Θαρρελείδης, ὅς ἐστι κολοιώδης. Dubito, utrum lacuna Aristarchi an Didymi nomine supplenda sit. Cf. schol. Pind. Ol. XI 83. Schneiderus videtur Symmachi nomen subaudisse.

(68.)

Apulei. min. de orthogr. §. 12 p. 42 ed. Osann. *Linus* (? Didymus) *in Aristophanis Plutum Staphylum Bacchi dicit amicum, Grynicus Semeles avunculum.*

Cf. schol. Plut. 1022 — Στάφυλος ὁ ἐρώμενος Διονυσίου. Possis etiam de Latino a Porphyrio ap. Euseb. PE X 3

p. 465 D laudato cogitare. Sub corrupto *Grynicus* nescio an *Phrynichus* latcat. An Phaini et Symmachi laudantur commentarii?

---

## De Didymo

### interprete scenicorum poetarum scholiorumque principali fonte.

E veteribus, qui in Sophoclem commentati sunt, grammaticis, unius etiamnunc memoriam servat schol. La., Praxiphanis[1]) ad OC. 900. Aliis enim locis omnes uno nomine commentatorum comprehenduntur, ut OC. 388. 390 (*οἱ ὑπομνηματισάμενοι*) 681, ubi veterum grammaticorum verba sunt quae leguntur usque ad *αὐταῖς ἀνεῖτο*, reliqua usque ad finem Didymi, quibuscum cohaerent adnotata ad v. 684. Cui loco simillima sunt schol. ad Pindar. Isthm. *B* inscr. et v. 19 p. 526 et ad Eur. Med. 212 coll. 171 (vol. V p. 352 M.) *ταῦτα τοῖς ἀξιοῦσιν-συμπράττει. οἱ γοῦν προυπομνηματισάμενοι γράφουσιν κτέ.* Moneo hoc propter Ritterum, qui Didymum intellegit, ubi *οἱ ὑπομνηματισάμενοι* in partes vocantur, quamquam certum est ap. Hes. etiam s. vv. *ἐναροφόρος* et *κυνδαλοπαῖκται* et schol. Pind. Ol. *ς* 55 Vrat. Nem. *γ* 1 Isthm. *β* inscr. a Didymo refelli *ὑπομνηματιστάς*. Etiam in schol. ad OC. 900. 947 *οἱ ἐξηγησάμενοι* laudantur. 1375 *ἁπαξάπαντες οἱ πρὸ ἡμῶν* (1593 *ἀμάρτυρον δέ*). Sed Aristophane Byzantio usi sunt scholiastae ad El. 445 (*ἐμασχαλίσθη*) coll. Phot. *μασχαλίσματα*; ad Ai. 104 coll. Oro et. m. p. 625, 24, quamquam dubitat Nauck. de Arist. Byz. p. 233, neque Aristophanem inter scriptores ab Oro adhibitos recenset Ritschelius; ad Ai. 746 (Nauck.

*) Mirum est quod C. Keil. in annal. Marb. 1852 fasc. 3 in censura onomatologici Papiani in schol. Dionys. Thrac. 729, 23, ubi *παρ' Ἐξιφάνους* editur, pro emendatione certissima *Πραξιφάνους* (cod. Ottob. 147 p. 7 Cram. A. Oxx. IV 311, 5 Classen. de primord. gr. Gr. p. 9 Preller. de Praxiph. p. 9 not. † Elink. Sterk. symb. litt. soc. Batav. 1835 fasc. VII p. 11—13) praeoptat *Δεξιφάνους*.

l. l. p. 236); ad Ant. arg. et 1350 (G. Wolff. p. 27 Nauck. p. 257 M. Dittrich. in Philol. I p. 226). Denique Aristarchus quoque, quamvis reticeatur nomen eius, adhibitus est in schol. ad El. 6 λυκοκτόνου θεοῦ coll. Hesych. s. v. Idem Sophoclis Troilum tractavit teste Hesych. s. v. ἐλαιοῦται, ubi quae subiicitur censura βέλτιον δέ aperte ad Didymum lexici tragici conditorem redit, qui in volumine etiam ἀποροουμένης λέξεως inscripto a magistro in explicando Sophocleo quodam in Niobe et Troilo exstante vocabulo δερμηστής desciverat. Cf. Harpocr. 54, 25 Hes. s. v. Apud Hesychium s. v. σακοδερμηστής recurrit censura illa βέλτιον δέ. — Ad Sophoclis Chryson respicit docta Aristarchi de voc. κρέας adnotatio ap. schol. Ar. Ran. 191, qua usi sunt Hes. s. v. Phot. 117, 3, cf. Gerhard. de Aristarcho p. 29. Quid, quod testibus et. m. 277, 53 Eustath. ξ 974, 7. 9 Dionysius Thrax, cum Aristarchum magistrum suavissimum pingeret, in pectore exprimeret tragoediam, quod ἀπεστήθιζε πᾶσαν τὴν τραγῳδίαν. Denique pervulgata fabula erat teste Galeno expos. voc. Hippocr. p. 404 Aristarchum Bacchio medico et lexicographo multitudinem exemplorum congessisse, quorum plurima, uti fragmenta Bacchii apud Erotianum servata docent, e tragicis comicisque poetis erant petita. Ac saepissime quidem Aristophanes et Euripides afferuntur.

Hos igitur, quiqui fuerunt, veteres interpretes Sophocli similem fere atque Homero operam impendisse, vestigia in scholiis satis certa mihi deprendisse videor. Verum enim vero alii margini adleverunt notas criticas, obelum τὸ χ diplen asteriscum, alii easdem interpretati sunt, ut Dionysius Thrax Philoxenus Aristonicus Aristarchi notas Homericas. Atque ii quidem Sophoclis fabularum loci, quos notis compunctos fuisse scholia nostra aut editis verbis pronunciant, aut tecte significant, maximam partem, id quod animadversione dignissimum est, ita sunt comparati, ut ansam confodiendi Aristarcheis potissimum grammaticis ac, nisi coniectura fallit, ipsi Aristarcho dedisse videantur. Euripidi notas criticas iam Aristophanes Byzantius adleverat. Vid. schol. Hippol. v. 170. Ceterum Aristarchus etiam

Aristophanis comici exemplaribus notas suas criticas adspersit, quarum caussas ac rationes alii in diversas interdum partes abeuntes explicuerunt. Cf. schol. Ar. Rann. 1437 Gerhard. de Arist. p. 31—6. Aristarchea certe carminum Homericorum recensio absoluta fuerit necesse est, priusquam sagitta quasi confodi posset e. g. Trach. v. 402, ubi scholia adnotant *τὸ δὲ χ ὅτι τὸ ὧδε τοπικόν*. (Lehrs. Ar. 84—6). Eadem nostra observatio valet de versibus notatis Euripideis e. g. Androm. 607 *σημειωτέον, ὅτι τρωθείς εἶπεν οὐ βληθείς, καὶ γὰρ ἐβλήθη ὑπὸ τοῦ Πανδάρου. διαφέρει δὲ τὸ βληθῆναι τοῦ τρωθῆναι. Ὅμηρος· 'βέβληται μὲν ὁ Τυδείδης κρατερὸς Διομήδης, οὔτασται δ' Ὀδυσεύς.'* (*Λ* 659) VR. Lehrs. Ar. 63 schol. Eur. Hec. 1. 4. Iam perpendas mihi etiam has schol. La. animadversiones: El. 320 (OT. 749. 976 Phil. 225 Ai. 81 OC. 655) *δύναται τὸ ὀκνεῖν Ὁμηρικῶς* (*E* 233) *εἰρῆσθαι ἀντὶ τοῦ φοβεῖσθαι· ὀκνείω δ' ἵππων ἐπιβαινέμεν ὠκειάων.* Cf. schol. h. l. Eustath. 546 Lehrs. Ar. 154. — El. 210 *ποινὴ λέγεται ἐπὶ μόνης καταβολῆς χρημάτων*, schol. Hom. *E* 266 Lehrs. 152. 3. — El. 452 *ζῶμα δὲ νῦν τὴν ζώνην δηλοῖ, οὐ τὸ ἔνδυμα, ἵνα τούτῳ στέφῃ τὸν τάφον ἀντὶ μίτρας κτέ.* Lehrs. Ar. 125. — El. 1046 *πάλιν· εἰς τοὐπίσω*, cf. Hesych. Lehrs. 100. — Ai. 26 *τὸ (δὲ κατηνα)ρισμένας ἄκυρον κτέ.* schol. Hom. *Φ* 485 Lehrs. 148. — Ai. 906 (658) *πᾶν δὲ ἀμυντήριον καὶ δόρυ καὶ ἔγχος καλοῦσιν οἱ νεώτεροι*, schol. Hom. Il. *H* 255. 273 Lehrs. Ar. 55. — Ai. 925 *ἔμελλεν· Ἰακῶς, ἐῴκεις ἄρα καὶ δῆλος ἦς.* Lehrs. 126 Hesych. schol. Plat. p. 417 (Nauck. Ar. Byz. 222), unde discimus etiam Sophoclis Troilo propter hoc vocabulum *σημεῖον* appictum fuisse. — Ai. 866 *πόνος πόνῳ πόνον φέρει· ἔστι τὸ μὲν πόνος πόνῳ ἀρχαϊκόν, ὡς· ἔργον ἐπ' ἔργῳ. τὸ δὲ δεύτερον πόνον κοινῶς, οἷον κάματον.* Lehrs. Ar. 87 Suid. II 2 p. 360. — OC. 380 *τὸ γὰρ τιμή ἔσθ' ὅτε πρόστιμον δηλοῖ. Ὅμηρος· εἰ δ' ἂν ἐμοὶ τιμὴν Πρίαμος* (*Γ* 288) schol. Hom. l. l. *P* 92 Lehrs. 153. — OC. 1584 *εἰώθασι γὰρ τὸ ἀεί καὶ ἐπ' ὀλίγου χρόνου τάσσειν. Ὅμηρος* (*N* 517), cf. schol. II p. 374 Bekk. — Tr. 602 *οὐκ εὖ δὲ τὸν ἀνδρεῖον χιτῶνα πέπλον φησί*, cf. Eustath.

599, 40. 170, 6. — Tr. 680 γλωχίν· ἡ ἀκίς, ὃ λέγει Ὅμηρος ὄγκον. Tantum de verborum explicatione. Ferimur ad res geographicas observationesque mythicas. Ai. 179 διαστέλλει τὸν Ἄρεα ἀπὸ τοῦ Ἐνυαλίου ὡς ἕτερον δαίμονα ὑπουργὸν τοῦ μείζονος θεοῦ, καὶ δῆλον ἐκ τῶν συνδέσμων. Cf. schol. P 211 Lehrs. 181 schol. Ar. Pac. 459 (56). — El. 4 Ὅμηρος χωρίζει τὸ Ἄργος καὶ τὴν Μυκήνην. Eadem schol. Eur. Phoen. 126 p. 27 ed. Valck. coll. schol. Hom. Α 46 Lehrs. 179. — Tr. 172 Δωδῶνι· Ὅμηρος δὲ Δωδώνην εἶπεν. — Tr. 1196 ἔνιοι δὲ χωρὶς τοῦ σ γράφουσιν Ἑλλούς, ἀποδεχόμενοι — οἰκήσαντες, qui locus totus e Philochoro, quo Didymus saepissime utitur, transscriptus est, ut docet comparatio Strabonis VII p. 328 Lehrs. Ar. 239 sqq. — OT. 391 ῥαψῳδὸς σφίγξ· τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ῥαψῳδοῦ καθ' Ὅμηρον ἢ μεθ' Ὅμηρον ἦν (?). — Ai. 1284 αὐτοκέλευστόν φησιν αὐτὸν ἀναστῆναι εἰς τὸ μονομάχιον ἐπαινῶν αὐτὸν οὐχ Ὁμηρικῶς. — Ai. 574 οἶδεν Ὅμηρος ὅπλα συγκαιόμενα. 'ἀλλ' ἄρα μιν κατέκηε σὺν ἕντεσι δαιδαλέοισιν' (Z 418). — Ai. 833 ὅτι κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα ἄτρωτος ἦν ὁ Αἴας κτέ. Lehrs. Ar. p. 180. — El. 157 ἢ Ὁμήρῳ ἀκολουθεῖ εἰρηκότι τὰς τρεῖς θυγατέρας κτλ.

Sed iam satis sit exemplorum ad demonstrandum, qui notis illis criticis Sophoclea quoque exemplaria compungerent ita ab Aristarchi studiis pendisse totos, ut fere suspicio suboriatur ipsum grammaticorum suae aetatis principem, quem universam tragoediam memoriter recitare ac pectore quasi cieere atque expectorare potuisse lepida pictura discipulus eius fidelissimus Dionysius significavit (cf. Philol. VII 2 p. 363), hoc recensionis Sophocleae onus in se suscepisse, Didymum vero iuxta cum aliis discipulis magistri spectatissimi σημεῖα et explicuisse et aequa lance perpendisse. Coniectura hoc assequi licet e schol. OT. 391 supra transscripto. Hunc enim versum, quem τῷ χ confossum fuisse extra dubitationem ponunt scholii adlati verba, aperte notam aliquam criticam explicantia, ita in Hesychium receptum conspicimus, ut neque huic desit ista σημείου interpretatio. Atque signa Sophoclis Euripidisque exemplis appicta re vera Didymum exposuisse patet e schol. Flor.

G. ad Ai. 83 et ad Eur. Med. 732. Accedit, quod veterem illum Sophoclis interpretem anonymum eundemque nostri interpretis fontem Homeri tam superstitiosum fautorem fuisse cognoscimus, ut obtrectare Attico tragoediarum scriptori suavissimo religioni non haberet, sicubi in fabularum enarratione vel transversum, ut aiunt, unguem ab Homero suo auderet recedere. Schol. El. 539 *λαμβάνονταί τινες* (h. e. critici, qui Didymo priores vixerunt) *τοῦ ποιητοῦ ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν· ἐπεὶ ἐκεῖνος μίαν γεγονέναι τῷ Μενελάῳ τὴν Ἑρμιόνην φησίν, οὗτος δὲ διπλοῦς ὁμομητρίους φησὶν αὐτῷ γεγονέναι. ὅμως* (*οὐ* del.) *συμφωνεῖ αὐτῷ Ἡσίοδος· 'ἡ τέκεθ' Ἑρμιόνην δουρικλείτῳ Μενελάῳ, ὁπλότατον δ' ἔτεκεν Νικόστρατον ὄζον Ἄρηος'. οὐ περὶ μεγάλων δὲ αἱ τοιαῦται διαφωνίαι τοῖς ποιήμασιν, ὥστε οὐ πάνυ δεῖ αὐτοῖς ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐνοχλεῖν ἀφεμένους τῶν ἀναγκαιοτέρων, ἅπερ παρατηρεῖν ἐχρῆν. ταῦτα δέ ἐστι τὰ ἠθικὰ καὶ χρήσιμα ἡμῖν τοῖς ἐπιτυγχάνουσιν.* Insignis hic locus est ad illustrandum alium manifeste haud absque nota dimissum, schol. El. 445 *οὐ δεῖ δὲ διαφωνίαν δοκεῖν εἶναι πρὸς τὸν Ὅμηρον, ἐπεί φησιν ἐκεῖνος* (*δ* 535) *· 'δειπνήσας, ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ'. ἤρκει γὰρ τὰ ὅλα συμφωνεῖν τῷ πράγματι. τὰ γὰρ κατὰ μέρος ἐξουσίαν ἔχει ἕκαστος ὡς βούλεται πραγματεύσασθαι, εἰ μὴ τὸ πᾶν βλάπτῃ τῆς ὑποθέσεως.* Cf. schol. Eur. Hec. 1255 V. ed. Witzsch. Adde schol. ad El. 1 *ἀπειρόκαλον τὸ λέγειν, ὅτι ὃν τρόπον τὰ κατὰ μέρος τῆς Ἰθάκης ἡ Ἀθηνᾶ ἔδειξε τῷ Ὀδυσσεῖ, οὕτως ἔδει καὶ τὸν παιδαγωγὸν τῷ Ὀρέστῃ δεῖξαι.* Eustath. 656, 45 R schol. Ai. 731 El. 157. Vocabulum *ἀπειρόκαλον* contra enstaticos et lyticos dictum recurrit schol. Ai. 497 *οὐ δεῖ δὲ ἀπειροκάλως ζητεῖν, τίς πρῶτος ἐχρήσατο ὅπλοις*; Lehrs. Ar. p. 152. Videor mihi in his observationibus Didymum Aristarchi nimis sobriam censuram castigantem subodorari, qui, licet Homericum loquendi usum optime nosset, tamen neque in rebus mythicis et geographicis usque quaque satis versatum se praeberet, quod etiam E. R. Langii de Aristarcho fuit iudicium, neque, id quod maximum est, poetarum elegantem et magnanimum

existimatorem. Cf. Gerhardum de Aristarcho Aristophanis interprete (Bonn. 1850) p. IV.

Usum notarum criticarum in his scholiis latissime patere iam Valcken. ad schol. Eur. Phoen. p. 49 perspexit, idemque schol. R. ad El. 653 ἀμφέπειν sic emendat: τὸ χ. τὸ γὰρ εὐθετεῖν διέπειν, περιέπειν δὲ τὸ φίλον τινὰ κυβερνᾶν καὶ σκέπτειν. — In scholiis nostris τὸ χ duodecies reperitur adscriptum OC. 25 ἐμπόρων, cf. schol. Flor. 15 ad Eur. Alc. 1009 vol. V p. 539 Matth.; OC. 43 νίν; 1740 σφῶϊν (?1490); 375 coll. schol. Eur. Phoen. 71 p. 21 Valck.; 1494; Ant. 735. 741. Ai. 962 βλέποντα, cf. schol. Eur. Tro. 634 Dind. Steph. thes. II 1 p. 281 D.; Philoct. 201 εὔστομ' ἔχε; 342 cf. Wolff. p. 28, quem falsum esse suspicor: nam synonyma iuxta posita eiusdemve vocabuli iterationem τῷ χ notabant veteres critici. Phil. 417; Trach. 402. At multo plura supersunt notarum criticarum impressa scholiis nostris vestigia, quod Wolffium fugisse videtur. Hic enim p. 17 inde, quod haud raro proverbia afferrentur, in schol. La. ad OC. 954 Ant. 631 (781) Tr. 13 Ai. 746. 786. 1039 Philoct. 946 El. 188 non improbabiliter Didymum, quem cum proverbia collegisse scimus, tum ad Eur. Hec. 870 Ar. Ran. 997 (1001) laudare videmus, horum adnotamentorum auctorem sibi statuere posse visus est. Atqui proverbia ista quisquis attulit (atque a Didymo allata esse Wolffio assentior), is non tam interpretis munere fungens tanquam locos, ut aiunt, parallelos apposuit, quam ut notae criticae, τοῦ χ, versui appictae caussam aperiret. Nam qui fabularum versus in proverbium cesserunt a criticis Alexandrinis indicari et notari solebant, id quod discimus e schol. ad Eur. Andr. 911 τὸ χ, ὅτι ὁ στίχος εἰς παροιμίαν μετήχθη, εἴ τις ἀντιλέξειεν. Cui observationi simillima exstat in schol. La. ad Soph. Ai. 746 εἰς παροιμίαν ὁ στίχος παρῆκται, ἣν καὶ Ἀριστοφάνης ἀναγράφει. Ac verbo ἀναγράφειν de metricis tantum proverbiis ab Aristophane in catalogum relatis usurpari mihi observasse videor, ut verum viderit Schneidewinus de proverbio μέγα φρονεῖ μᾶλλον, ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ. Neque magis Wolffius p. 18 perspexit, quid sibi tales velint

observationes, quales exstant in schol. ad OC. 1375 El. 86. 289 (OC. 171. 1225), quibuscum satis habet Didymum apud schol. Ar. Vespp. 1099 (58) comparasse. Namque hae quoque adnotationes non sunt nisi notarum criticarum explicationes. Quippe consueverunt veteres versus ad alius poetae imitationem compositos τῷ χ compungere. Hinc efficitur, ut in schol. La. Ai. 665 exciderit τὸ χ, quod habent scholl. ad Eur. Med. 615 p. 374. 375 Matth. Singulare volumen περὶ τῶν ὁμοίως εἰρημένων τοῖς τραγικοῖς ediderat Ptolemaeus Aristonici pater, cuius fortasse laboribus uti Didymo licuit.

Asteriscum appositum fuisse his locis, qui stellarum instar obscescerent, affirmat Eustath. *E* 733 p. 599, 34 Od. ι 252 p. 1627, 59, quamquam huic fidem iure abrogant viri docti. At intellegemus, quid sibi velit schol. ad Ai. 118 παιδευτικὸς ὁ λόγος — καὶ τοῦτο δὲ Ὁμήρου παίδευμα, ὅτι ἐφ' οἷς αὐχοῦνταί τινες τούτων στεροῦνται παρὰ θεῶν, ὡς καὶ Θάμυρις τὴν μουσικὴν καὶ Νιόβη τῶν τέκνων. OT. 314 παιδευτικὸς ὁ λόγος. ἔδει ἅπαντας ἀφ' ὧν δύναιντο ὠφελεῖν τοὺς πέλας. 946 παιδευτικόν τι ἔγκειται τῷ δράματι, ὡς οὐ δεῖ καταφρονεῖν τῶν θείων. Neque in schol. Hom. Von. hic v. παιδευτικός usus non observatur. Dionysius vero Rhodius vel Samius scripsit ἱστορίαν παιδευτικήν. Quota vero scholiorum pars, in quibus interpres Alexandrinus poetae artem his usus iudicii censuraeque formis praedicat: καλῶς εὖ δαιμονίως θαυμασίως δεξιώτατα, astorisci notam respiciat, hodieque cum pulvisculo exhauriri vix poterit. Potior enim harum animadversionum pars non tam ad sententiarum splendorem elocutionumque venustatem (φράσιν Tr. 7 OC. 17) pertinet, quam ad artem poetae scenicam fabularumque admirabilem oeconomiam, ut OC. 28. 111. 296. 551. 887. 1725. Deinde signo notabantur loci nonnulli propter anachronismos, o. g. schol. Vat. ad Eur. Rhes. 248 Andr. 724 Hec. 569 schol. Pind. Nem. VII 56 p. 478 ἀνάγει τοὺς χρόνους. Idem fit in schol. ad Soph. El. 47 ἀνῆκται δὲ τοῖς χρόνοις. ἐπὶ Τριπτολέμου γάρ φασι γενέσθαι Πυθικὸν ἀγῶνα ἑξακοσίοις ἔτεσι πρότερον. Eadem observatio legitur ad

El. 49 *τοῖς χρόνοις ἀνῆκται. νεώτερος γὰρ Ὀρέστου ἐστὶν ὁ Πυθικὸς ἀγών.* Tr. 1 *ὁ τρόπος ἀναχρονισμός· μεταγενέστερος γὰρ ὁ Σόλων.* Ai. 1285 *ἀνῆκται τοῖς* $\overset{o}{\chi}$ (l. *χρόνοις*)[1]) *ἡ ἱστορία ἡ περὶ Κρεσφόντου.* Neque notae istae non adspergebantur, si quid poeta *ἴδιον* (OC. 1119. 1231. 1229. 1647) ausus esse videretur et in adornandis fabulis et in novandis transferendisque vocabulis (schol. Eur. Hec. 1 Or. 1632 Hec. 285 Soph. El. 436 (151)); si quod vocabulum aut ita in deliciis haberet, ut eo abuti potius quam uti videretur (OC. 1329), aut admisisset dictionem solitariam (Phoen. 55), item si quo schemate saepe usus esset (OC. 1676 El. 977), si quorum genera confunderet (Hec. 365 Alc. 773). Adlinebatur *σημεῖον πρὸς τὴν διαφοράν* (Hec. 29), *πρὸς τὴν συγκοπήν* (320), fortasse *πρὸς τὰ ἄνω* (OC. 1678), si quid deesse vel abundare videretur (Andr. 594 *λείπει* OC. 142. 152. 229. 250. 307. 405. 481. 662. 1291. 1480. 1571. 1702 El. 317. 348. 495. 563. 668. 872. 1007. 1075. 1225. 1265 Phil. 3 *παρέλκει* El. 42. 272. 1372 OC. 408). Notabant consuetudinem *τῶν νεωτέρων*, El. 119 *τὰ παρὰ τὰ πρόσωπα λεχθέντα*, casuum enallagen, El. 758 et quid non? (OC. 562. 237. 380 El. 1211 OC. 1621. 1574 El. 657. 1051.)

Fusius dixi de notarum criticarum in Sophocleis exemplaribus usu, quo dilucidius appareret satis bona atque antiqua scholia nos manu terere ac iusto iniquius de scholiis in Sophoclem editis iudicasse Lobeckium ad Aiac. 58 p. 228, quo aequiores iudices se gerunt Bernhard. Grundr. d. gr. Litt. Gesch. I p. 386 II p. 820. 821 Lehrs. in Iahn. annal. phil. et paedag. 1828 VII p. 141 Wolff. de schol. La. 1843 8. p. 12—25 Dindorf. schol. p. XXXIV Schneidewin. in Iahn. annal. 1853 LXVII p. 501. Nam qui principalis eorum fons habendus est, sive is Didymus fuit,

1) Erravit aut scriba aut editor; $\overset{o}{\chi}$ enim est *χορός*, Bast. p. 849, cui adde confus. *καλλιχόρους* et *καλλιχρόνους* ap. Eur. Cresph. fr. IV et compendiosam vocis *χρυσός* scripturam $X^{\tau}$. X ap. Reisk. ad Const. Porphyr. p. 796 ed. Bonn., quae interdum etiam *χρυσοτρικλίνιον* valet eodem Reiskio teste l. l. p. 752 (640, 5 ed. Bonn.).

sive alius grammaticus Alexandrinus, non modo exemplis tragicorum id genus usus est, quae vel ab ipso Aristarcho vel discipulis eius compuncta essent, sed ea etiam aetate vixit, qua Graecae tragoediae principum fabulae nondum doceri desiissent, ut, quid et novare et mutare atque adeo peccare consuescerent histriones, quorum gratia nonnullae exemplorum marginibus appictae notae erant (El. 78. 190. 823 OC. 114. 1547), probe cognitum haberet. Cf. I. Richter. de Aesch. Soph. Eur. interpp. Gr. p. 21—28.

Quod si non modo de Aristarchi vel scholae Aristarchcae curis Sophocleis constat, sed ad eiusdem etiam in recensendis castigandis explicandisque fabulis normam posteriores grammaticos se accommodasse ab omni dubitatione libera res est, hos inter grammaticorum filios cum Didymi quoque nomen appareat ceterisque omnibus caliginem quasi offundat, haud scio an futurus sit ullus, quin in meam suspicionem incidat ab hoc ipso Didymo scholiorum nostrorum fundamenta iacta esse, cuius et memoria novies editis verbis, ut diximus, in scholiis redintegratur, et vestigia locis aliquammultis, ubi appositum nomen non est, impressa esse videntur. Rectissime enim Valcken. in epist. ad M. Roever. p. 307 in schol. ad Ai. 841, ubi nunc e La. editur *φασί* pro vulg. *φησί*, Didymi nomen obliteratum esse suspicatus correxit *ταῦτα δὲ Δίδυμος νοθεύεσθαί φησι* coll. schol. ad Ant. 45, vapulaus propterea Lobeckio ad Ai. 841 p. 355. Neque ego scio, qua tandem arte leniore Photio 482, 1 mederi possim, nisi eiusdem Didymi nomine adscito *ῥακχίζειν τὸ διαιρεῖν τὰ μέρη τῆς ῥάχεως, ἤτοι διακόπτειν, ὥς φησι παρ' Εὐριπίδῃ*. Legerim *παρ' Εὐριπίδῃ Δίδυμος* coll. schol. ad Ai. 56 Hes. *ῥαχίζων*, nisi confusa dixeris Sophoclis et Euripidis nomina, qua de librariorum oscitantia solemni cf. Osann. ad Philem. p. 161. Deinde schol. OC. 1061 *Οἰατίδος ἐκ νομοῦ* sequitur in ms. diphthongus *οὐ* initium alicuius additamenti, quod non complevit librarius, arbitro Petro Elmsleio. Nemo non videt hoc esse compendium vocabuli *οὕτως* cum *οὐ* confundi soliti. Bast. Comment. pal. p. 828. Simili errore in schol. ad Eur. Hec. 830

ed. Witzschel. legitur *Δίδυμος οὐ* pro *οὕτως*. Rescribendum igitur videtur etiam in OC. 1061 *οὕτω Δίδυμος*, qui eandem observationem suam recepit in lexicon tragicum, a Diogeniano Hesychii compilatum. Possis quidem, cum *πρός* sequatur, etiam *οὕτω Πίος* coniecere, sed obstat Hesychii consensus. Tertio apud schol. El. 452 legitur *δίδωσι γὰρ τὸ ζῶμα ἀντὶ ταινίας*, quo loco nisi eundem usum vocabuli *δίδωσι* admittere volueris, quo de Lehrs. Ar. 21 dixit, lenissima correctio erit *Δίδυμος* coll. *δίδευσι* ap. et. Gud. *δάνειον* pro *Δίδυμος*. Accedit quod propter hunc ipsum vocabuli *ζῶμα* usum Homericae consuetudini repugnantem (Lehrs. Ar. p. 125. 126) ab hypomnematistis huic versui *τὸ χῖ* appositum fuisse videtur, quod quidem *σημεῖον* Didymum explicuisse arbitror. Possis tamen etiam suspicari *ἀποδιδόασι* ut OC. 1578 vel *ἀποδώσεις* ut OC. 1464 (1526). Denique inquirendum est, nostri memoria lateatne in schol. El. 28, ubi cod. La. habet *Δί* . . . et OT. 899 *Ἀβαί — ἢ Δῖ σαμῖ*.

Inter argumenta, quibus Wolffius, ut principalem scholiorum fontem esse Didymum demonstraret, usus est, certissima refero, primum quod scholii OC. 1600 auctor lectores ad suum in Eupolidis Maricantem commentarium relegat (commentatus enim Eupolin Didymus est, ut probabile fecit O. Schneider. de scholl. Aristoph. p. 16), deinde quod schol. El. 135 de v. *ἀλύειν* Didymi nomine ornatum invenerunt Suid. *ἀλύειν* et Bekk. anecdd. I p. 380, denique quod e schol. OC. 1210 *σῶν ἀντὶ τοῦ σῶιον* cum Zonar. v. *σῶιον* comparatione colligitur, Didymum, qui in orthographia sua *σῶιον διὰ τοῦ ι* scribendum esse praecepit (cf. comm. III p. 5 Olsn. 1853), haec etiam verba potuisse scribere. [Adde Aristarchum ad Odyss. *κ* 268, unde sapit Didymus.] Adderem his locis schol. Ar. Plut. 286 *ἐν Σοφοκλεῖ εἴρηται περὶ τοῦ ἥμιν, ὅτε καὶ βραχύ ἐστι* (cf. Elmsl. ad Soph. O. T. p. XIII Eur. Ino fr. 11 Ar. Avv. 386 Lys. 1081 Bachm. adn. ad Maxim. Planud. dial. vol. II p. 434), nisi scholion esset e cod. Paris. excerptum. De Sophoclis codicibus cf. schol. Ald. Ar. Plut. 493. Sed praetermitti non debent schol. OC. 712 coll.

Bekk. anecdd. 350, 25 (Bachm. I p. 38, 10) mea de lexi Didymi tragica (Soph. El. 727) dissertatione p. 104 et comm. III p. 14 (Olsn. 1853 8.); schol. ad OC. 947 coll. Hesych. *πάγος* et Bekk. anecdd. 212, 19; et schol. OC. 954, q. l. ad collectionem suam adagiorum videtur respicere. Observari denique meretur scholiorum Soph. cum scholiis Euripideis, quorum partem a Didymo profectam esse scimus, consensus; e. g. El. 62 et Phoen. 752 eundem virum doctum interpretatum esse haud absone ex consensu statuas. Contendas etiam schol. El. 87 cum Phrynicho Bekkeri s. v. *αὐτοέντης*.

Neque in hac caussa flocci facienda est exquisitioris doctrinae, quam prae ceteris scholia in OC. ostendunt, copia ita comparata, ut non modo ad aevum grammaticae Alexandrinum, sed ad ipsum Didymum literatissimum hominem nos ducere videatur. Neque profecto casui dandum erit, quod in indice scriptorum in scholiis La. laudatorum nullus appareat, qui Didymo posterior vixerit, Herodiani semel iniectam (OC. 195) mentionem si exceperis, quam conflato corpori scholiorum extrinsecus accessisse vero simile est, adeoque posteriorem Pio altero commentatore aetatem sapit. Scriptores vero indicati saepissime et poetae sunt, quibus Didymum operam navasse lucemque commentariis attulisse scimus, Aeschylus Aristophanes Cratinus, Eupolis Euripides Hesiodus Homerus Pindarus Sophocles et rerum scriptores ab Alexandrinis grammaticis plus minusve excussi, quorum nos hodieque memoriam fortasse unius Didymi labori debemus, Androtio Ister Pherecydes Philochorus Polemo (Prell. Polem. p. 29) Herodorus Lysimachus Neanthes Phylarchus Satyrus. Sed de hoc argumento Wolffius p. 23. 24 abunde dixit. Gravissimum vero argumentum, cuius in hac de scholiorum fontibus quaestione summa auctoritas est, in eo positum videtur, quod, ut in dissertatione de lexi tragica exposui, plurimae vocabulorum explicationes, quas a Didymo profectas esse recepta in Hesychium *λέξις τραγική* probabile facit, iisdem fere vel paucis tantummodo immutatis verbis in scholiis quoque deprehenduntur. Atque haec caussa est,

cur primo loco de studiis nostri lexicographicis commentatus sim, ut lectores huius capitis breviter isthuc ablegare possem. Hoc igitur loco praepositiones sumtionesque, quarum id consequens est, ut Didymum inter scholiorum fontes ponamus, deinceps enumerasse satis habeo. Sunt vero hae:

1) Didymus collectionem vocabulorum, quibus et comici et tragici poetae usi sunt, instituit, quam in brevius contractam Hesychius farragini suae inseruit.

2) idem commentarios sive hypomnemata in Sophoclem Euripidem Aristophanem Cratinum Eupolin elimavit.

3) idem hypomnemata illa ita, lexica cum elucubraretur, excussit, ut semet ipsum quasi compilasse videretur.

4) utroque opere scholia uti constat.

Hinc me iudice efficitur, ut scholiorum Hesychiique consensus alio artificio explicari posse non videatur, nisi si sumas ab utroque Didymi arva depasta esse. Absonum enim esset inde, quod schol. Tr. 1161 tragicum lexicon adhibeat, sic statuere velle, scholia La., quotiens cum Hesychio conspirent, ubique illam farraginem compilasse, primum, quod, quibus hypomnematum continuorum amplissimorumque commentariorum usus concessus erat, hi tardiore labore dispersa per lexici spatia vocabula evolvendi conligendique facile supersedere poterant, deinde quod consentaneum est, lexica tum demum adhibita esse, cum de interpretatione aliqua dubia consulenda essent, id quod factum videmus Tr. 1161 El. 451. Quod si lectoribus probavi, bona scholiorum pars, qua de supra in dissertatione de lexico tragico disputavi, Didymum parentem agnoscet, neque erit, cur addubitemus Wolffii Ritterique sententiam, e qua *τὸ ὑπόμνημα* a scholiastis citatum a commentariis Didymeis distinguendum non est, et ipsi amplecti, modo in hoc a Rittero longe discedamus, qui *τὸ ὑπόμνημα* et *ὑπομνηματισαμένους* confundat. Nempe in hypomnemate laudati erant hypomnematistae, in commentariis Didymeis Praxiphanes Aristophanes Aristarchus alii, qui et *ἐξηγησάμενοι* et *ἀπαξάπαντες οἱ πρὸ ἡμῶν* audiunt. Itaque Didymi sunt Ant. 523. 1236 El. 451. 488. Sed decessores nostri in

partes vocantur in scholiis ad OC. 388. 390. 681. 900, quos locos, ut non intellexit Ritterus, ita minus recte interpretatus est, quem tamen meliora edocere poterant ab ipso appositus schol. Pind. Ol. V 55 et Hesych. *ἐναροφόροι κυνδάλη*. Nimirum in schol. OC. 388 verba *χρησμὸς — χώρας* a nobiliore quodam grammatico, fortasse Aristarcho, in cuius verba reliqui iurarent omnes, profecta sunt; quae sequuntur ab *ἐβουλόμην — ποιητοῦ* Didymum sapiunt, qui etiam ap. schol. Soph. OC. 1593 queritur '*ἀμάρτυρον*.' OC. 390 *εὐσοίας* idem Aristarchus eiusque discipuli et probasse et explicuisse videntur (Hes.), OC. 681 vero integrum ex hypomnemate Didymi fluxit, iungendum cum OC. 684. Affert Didymus hypomnematistarum verba inde a *τῆς Δήμητρος — ἀνεῖται*, ab *ὅτε δέ* inde ipse continuat sermonem.

Difficilior enucleatu res est, Pius scholiastarum alter fons quid scripserit? Nam ne illud quidem constat, qua hic aetate et ubi locorum vixerit, quamquam comparanti mihi schol. Odyss. *δ* 356 *ϑ* 372 (*δ* 65) iis accensendus grammaticis esse videtur, qui certam sedem aspernati, peregrinantes et scriberent et docerent, quales etiam Apio et Alexander Cotyaeensis fuerunt. Quaeri etiam potest, sitne Pius hic a Cestio Pio rhetore Graeco, cuius apud Senecam multoties mentio inicitur fortasse non distinguendus, an natione Graecus patrium nomen Eusebii cum Latino nomine Pii mutaverit. Fortasse Pii est schol. ad Soph. OC. 1047 El. 4. 6. 7, neque, rhetor si fuit, improbabiliter ab eodem originem ducere dixeris quaequae in scholl. La. rhetorem sapiunt, e. g. OC. 939. 916. 1254 Ai. 1055 El. 50. 526. 558. 998. 999. 1019 Tr. 118 (Isocr.). Dein cum Aristophanis grammatici de v. *μασχαλίσματα* observatio a Didymo transscripta eo nos ducat, ut schol. ad El. 445 inde a verbis *εἰώϑεσαν οἱ δρῶντες* usque ad *ἔλεγον* ad Didymi hypomnema referamus, e Pii commentario fieri potest ut scholii pars posterior deprompta sit, in quo Apollonius Rhodius IV 477 advocatur. Simile quid statuo de scholl. ad v. 711 et 745, quorum illud cum Hesychio conspirans Didymo, hoc Pio adscripserim, Apollo-

nio hoc quoque loco uso. Didymi esse non potest schol. OC. 718 coll. Ammonio *Νηρηΐδες*. Lubricum etiam iudicium est de schol. OT. 616, in quo vocabulum *ἄμυνα* legitur, quo Lobeckius ad Phrynich. p. 23 negat ante Philonem et Plutarchum ullum Graecorum scriptorum usum esse: hoc enim utitur etiam schol. Eur. Phoen. 283. 653.

---

De scholiis Euripideis, etymologo magno et Suidae ignotis, quominus aequum facere iudicium possimus impedimur quidem hucusque ipsa scholiorum conditione tristissima (cf. Bernhardyus hist. Gr. litt. II p. 886. 887), quorum in indigesta mole vilia Byzantinorum titivillitia ab exquisitiore Alexandrinorum grammaticorum doctrina discernere res nauseae plena sit; scholiis tamen ab Amatio Kampmanno (Dindorf.) Cobetio (Witzschel.) e codd. Vat. 909 Marc. Venet. 471 Neap. Borb. 165 II F 9 editis id effectum est, ut vel hebetior acies, qua tandem facie Alexandrinorum commentarii Euripidei fuerint, contemplari possit. Atque haec scholia, quorum duplex exstat recensio, florem et colorem suum Didymo debere viri docti statim intellexerunt pronunciaruntque, Schneidewin. in nunec. erud. Gott. 1847 fasc. 154—156 O. Schneider. in Philol. III 4 p. 757, qui l. l. p. 754 Brunnemanni quoque dissertationem inauguralem de auct. scholl. Vatic. ad Eur. Tro. Berol. 1846 commemorat mihi non visam. Quibus prior C. Lachmannus in Mus. Rhen. I p. 317 Aristophanis Byzantii etiam observationum reliquias aliquot sibi reperisse visus hunc imprimis ad artem poetae attendisse suspicatus est. Quae subtilissimi critici suspicio, tamesti neque A. Nauckio Aristophanis sospitatori eruditissimo p. 62. 63, neque G. Wolffio de scholl. Sophocl. Laur. p. 27 plane probetur, tamen quin aliquammulta Aristophani Byz. debeantur, Callistrati, si quid video, studio ad nos pervulgata (Or. 304. 424. 1031 R. Schmidt. de Callistr. Arist. p. 19 = 325 Nek.), dubitari non poterit, qua in sententia etiam O. Schneiderum l. l. p. 758 fuisse video (arg. Med. Bacch.

Tro. schol. Or. 488. 714. 1038. 1287 Hipp. 172 Alc. 238 Phoen. 886).

Hae igitur Alexandrinae aetatis copiae cum in compendii formam atque ordinem redactae essent, gliscentibus annis ex perversa sequiorum grammaticorum sedulitate incrementum haud nimis laetum ceperunt. E grammaticis, quos additamenta ista anstetantur, Didymo aetate proximi sunt Philoxenus (Phoen. 264) Irenaeus (Med. 222 ? 431), remotiores Herodianus Phrynichus (Med. 1016) Plutarchus (Alc. 1138) Helladius (Med. 610) Libanius (Phoen. 283). Huius scholiorum recensionis quis fundamenta iecerit, ignoramus. Ex subscriptione enim codicis Havn. Eur. Or. 1686 a Friedemanno edita in Soebodii misc. crit. p. 481 (MS. CCC Gu. m. 2 Flor. 6) et Tzetza haud ita multum lucri reportamus, quod qui ibi laudantur Euripidis hypomnematistae, Dionysius Crates Euclides, quamvis sine dubio Didymo posteriores vixerint, tamen haud scio an Libanii aetatem antecedant, ut hi ipsi secundae, alii nescio qui tertiae cuiusdam recensionis auctores habendi sint. Equidem in hanc suspicionem incidi, primam scholiorum compaginem Didymo, secundam deberi Alexandro (Androm. 17 Or. 1369 [ὁ ὑπομνηματισάμενος, qui Didymus non est] schol. Arist. Rann. 864[1]) et. m. 145, 2 ἁρμάτειον μέλος), qui Palamedis Eleatici aetati proximus sub M. Antonino Imp. fuit, tertiam denique, Byzantiis scriptoribus notam, post Dionysium Cratetem Euclidem absolutam esse, quorum aetatem ex schol. Hom. Il. *A* 5 licet definire. Quamquam si Dionysius fuit musicus Halicarnassensis, huius et Didymi libris Alexander Cotyaeensis usus est. Utut est, hoc scholia attentius perlegenti sub oculos cadit, e duplice hypomnematum genere diversum consilium secuto hanc farraginem conflatam esse, quorum partem alteram Euripidis obtrectatores, alteram laudatores merito dixeris. Atque hos quidem, qui divino quasi quodam afflatu concitati laudes poetae persequuntur, Didymi

1) Alexander igitur Euripidis vitae est auctor, quam Ritterus Didymo vindicat.

actati successisse putaverim, sobriores vero acrioresque artis existimatores, qui fortasse plus quam par est de virtutibus fabularum Euripidearum detrahunt, e Didymi Lysaniaeque (Androm. 10) disciplina profectos esse.

Iam vero praestantiorum scholiorum Ven. Vat. Neap. principalem fontem Didymum esse demonstrare conanti ante omnia lectorum mihi venia petenda est, si quae argumenta saepius usurpata facere non possum quin iterum atque iterum meos in usus convertam. Gravissimi igitur momenti cum in hac etiam quaestione hoc sit, quod nullus grammaticus saepius Didymo in partes vocatur, ne illud quidem vi caret, quod, si Herodianum et Phrynichum exceperis, nullus excitatur, qui quidem Didymi saeculum excedat. Aetate enim posterior est Aristophane Timachida Apollodoro Tarsensi Aristarcho Cratete Parmenisco Callistrato et Alexandro (si quidem Milesium intellegis Cratetis discipulum), qui in schol. Med. audiunt *οἱ προυπομνηματισάμενοι*. Tertium argumentum inde repetas, quod, quae doctrinae vere Alexandrinae copia multiplex haec quoque scholia commendatiora reddit, ubicumque apparet auctoribus iis illustrandis accommadata, quibus Didymum operam dedisse scimus, ea fere Didymi hereditas nobis obveniat, cuius apparatus praestantissimos posteriorum grammaticorum amplitudine neque potuit ullus superare neque cur superaret caussam habuit, tum quia scriptores et interpretandi et recensendi ratio post aevum Augusteum plane immutaretur, tum quod commentatorum industria a poetis quos dicunt classicis ad Alexandrinos potissimum poetas, Apollonium, inquam, Callimachum Euphorionem Aratum Nicandrum atque id genus alios se applicaret, cum admirabili ipsius Didymi sedulitate id effectum esse videri posset, ut quos et poetas et pedestris orationis scriptores pertractasset, ii neque interpretis neque critici diligentia in tempus aliquod egere viderentur. Deinde si quam ex auctoritate, quam Aristarchi studia Homerica, imprimis quod notarum criticarum usum attinet, ut in Sophoclis fabulis, ita in Euripideis recensendis habuerunt, de commentatore aliquo coniecturam capere licet, qui cum Ari-

starcho eiusque deeessoribus intimam familiaritatem eontraxerit, eequis est, qui alium in animum inducat, quam Didymum, quem Aristonici in volumine suo de Aristarchi notis eritieis comportando fontem fuisse e seholl. Il. Θ 535 O 86 eonstat. Hoc enim nemo profeeto serio contenderit, interpretem quendam Euripidis deteriorem id egisse, ut Aristonici volumina in Euripidis eommentario perpoliendo adhiberet notasque ipse demum adlineret. Harum igitur notarum, quarum seholl. Eur. maiorem etiam eopiam continent, quam scholl. Soph. Laur., numerum haud exiguum eoncumulare lubet, idem ut assequamur, quod nobis simili colleetione in Sophocleis scholiis auctori suo vindicandis assecuti esse videmur.

Med. 136 σεσημείωται τὸ γαμοῦσα. 663 σεσημείωται δέ, ἐπεὶ τὸ δεῦρο χρονικὸν εἶπεν (Lehrs. Ar. p. 140. 153). Ale. 773 διὸ τὸ χ, ὅτι ποτῆρα ἀρσενικῶς εἴρηται. Hec. 29 διαύλοις· ἀπὸ μεταφορᾶς εἴρηται, πρὸς ὃ καὶ τὸ χ πρὸς τὴν διαφοράν. 285 σημειωτέον δέ, ὅτι τὸν φθόνον νῦν ἐπὶ τοῦ μώμου τίθησιν. 320 πρεσβῦται· τὸ χ πρὸς τὴν συγκοπήν· πρεσβύτεραι γὰρ ἔδει εἰπεῖν (cf. Hom. Il. O 656 πρώτων. πρωτέων. προτέρων). 365 σεσημείωται δέ, ὅτι τὴν θήλειαν κάσιν ἐποίησεν. Hipp. 170 VR. τὸν δ' ἐκκομίζουσ'· τοῦτο σεσημείωται τῷ Ἀριστοφάνει, ὅτι καίτοι τῷ ἐκκυκλήματι χρώμενος τὸ ἐκκομίζουσα προσέθηκε περισσῶς. Or. 81 χιάζεται ὁ στίχος. σεσημείωται γὰρ τὸ ὄνομα τῆς Ἑλένης, cf. Tro. 888. Androm. 106 [?] χιλιόναυς τῷ ἀπηρτισμένῳ ἀριθμῷ ἐχρήσατο. εἰσὶ γὰρ αἱ νῆες ἀροστ'. 594 τὸ χ, ὅτι φίλιον ἢ λείπει τὸ Δία. 607 τρωθείς· σημειωτέον, ὅτι τρωθείς εἶπεν, οὐ βληθείς (Lehrs. Ar. p. 78). Rhes. 41 χ πυραίθει στρατὸς Ἀργόλαος· τὸ χ, ὅτι συνθέτως ἀναγιγνώσκεται καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν Εὐριπίδου ὁ στίχος. 256 κακογάμβρον οὐκ ἀκριβῶς εἴρηκεν. οὐ γὰρ Ἀγαμέμνων τῇ Ἑλένῃ γαμβρός. 424 ὅτι νόστον ἁπλῶς τὴν ὁδὸν καὶ τὸν πλοῦν ἔφη. 712 ψαφαρόχρουν· τὸ χ, ὅτι φαλακρὸν αὐτὸν εἶπεν. Phoen. 52 Aug. ἐπ' οὐδένι κεῖται τὸ ἔπαθλα ἢ μόνῳ τῷ Εὐριπίδῃ. 77 λείπει ὁ καί. 361 (Baroec. 74) οὐκ οἶμαι ταὐτὸν εἶναι τάρβος καὶ φόβον (Lehrs. Ar. p. 89). 973 Aug.

ἥρκει οὗτος ὁ στίχος. ὁ γὰρ ἐπιφερόμενος περιττός ἐστιν. Hec. 1 τὸ χ, ὅτι ἴδιον Κισσέως τὴν Ἑκάβην, Ὁμήρου Δύμαντος αὐτὴν εἰρηκότος (Il. Π 718 Friedl. Ariston. p. 269 Lehrs. p. 185). Hec. 4 τὸ χ, ὅτι οἱ νεώτεροι συγχέουσι Φρυγίαν καὶ Τροίαν (Lehrs. p. 238 schol. Il. Β 862 Γ 184 Π 719 Σ 291). Hec. 1255 οἱ νεώτεροι μὴ νοήσαντες τὸ παρ' Ὁμήρῳ 'δειπνίσσας, ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ' (δ 535). — διὸ σημειωτέον ἐνταῦθα τὸ 'καὐτὸν σὲ τοῦτον πέλεκυν ἐξάρασ' ἄνω' V. (schol. Soph. El. 445). Or. 1632 ὅτι καὶ ἡ Ἑλένη τοῖς χειμαζομένοις κατὰ θάλατταν ἐπήκοός ἐστιν κατὰ Εὐριπίδην σεσημείωται. VR. Or. 1640 ἰδίως ὁ Εὐριπίδης ἐνιαυτίσαι τὸν Ὀρέστην ἐκεῖ φησι. Rhes. (289) 187 τὸ χ, ὅτι θηλυκῶς [?] Ὅμηρος Ξάνθον καὶ Βαλίον (Il. Π 149). Phoen. 12 ἀσφαλίζεται τὴν ὀνομασίαν τῆς ἡρωΐνης, ἐπεὶ οἱ παλαιότεροι Ἐπικάστην καλοῦσιν καὶ Ὅμηρος (Odyss. λ 270). Phoen. 71 ὁ μὲν Εὐριπίδης τὸν Ἐτεοκλέα, ὁ δὲ Σοφοκλῆς τὸν Πολυνείκην μείζονα οἶδεν ἐν Οἰδίποδι (schol. Soph. OC. 367), cf. v. 181. 834. 986. Perrara quidem in scholl. Euripideis etiam sunt Aristarchi vestigia Alc. 1164 Rhes. 537, sed vide quae dixi p. 262. 265. Proverbialis elocutio his locis notata est Med. 85. 615 (Soph. Ai. 665 Zenob. IV 4) Rhes. 248. 505 Tro. 1044 Or. 475 Androm. 911 Phoen. 395. 438. Caussa notae criticae in anachronismo posita est Med. 235 Hec. 569 Andr. 724 (446) Rhes. 288 Phoen. 6. Denique versus Euripidis vel ad aliorum poetarum imitationem compositos vel repetitos vel comicorum aculeis punctos notabant scholl. ad Med. 473. 688 (Valck. diatr. p. 200 B) Alc. 785 Or. 224. 269. 730 Phoen. 171. 745. 895 [? Or. 226. 480. 543 Alc. 12 Andr. 100 Rhes. 105 Phoen. 186. 359. 781. 1194]. Neque omitti debet schol. Arsen. Med. 360 Didymi locus de histrionum impudentia novante querimoniarum plenus, unde probabibile est etiam in schol. ad Med. 231. 899 Or. 258. 1352 Androm. 6 Phoen. 264 cett. Apollodorum Tarsensem ac Didymum loqui. Scholion quoque ad Or. 632, quod respiciunt Syriani Sopatri Marcellini in Hermog. rhet. scholl. IV p. 7 ed. Wz., mihi Didymeum videtur.

Ante a. 450 p. C. igitur absoluta fuit scholiorum collectio. *Οἱ ἐξηγηταί* fortasse Dionysius Crates Euclides sunt.

Neque minoris momenti scholiorum et Hesychii consensus existimandus est, quorum comparatione idem plane efficitur, quod rationibus inter se nexis conclusisque supra, quo loco Laurentiani interpretis Hesychiique comparationem instituimus, assecuti esse videmur. Quam comparationem a nobis inchoatam magis quam absolutam si quis indefessus ad finem perduxerit, non dubito quin sexcentis locis scholiorum et lexicographi concentum detecturus sit, hac arte explicandum, ut ab illis Didymi commentarium, ab hoc Didymi lexicon in tragicos Graecos compositum transscripta esse dicamus. Neque C. G. Cobeti aciem iste consensus fugit, cuius cf. adnot. ad schol. Eur. Alc. 98, quocum conferri iubet Hes. *ἀρδανίαι*, ad schol. Andr. 166, quod Ionis, in quem Didymus commentatus est vocabulum, ap. Hesych. *σάρον* illustrando et emendando inservit. Adde Alc. 1001 Andr. 17 (195) Rhes. 416 coll. Hes. *σκότιοι. χόρτος. ὑπερθεῖ. ἀμυστίς* (Athen. XI p. 783 [1040] D).

Subiungemus hic alios locos nonnullos, quos a Didymo profectos esse probabile faciunt doctrinae Didymeae colores, quibus alia quoque scholia, quorum fundamenta illo iecit, infucata sunt. Huc refero schol. V. Androm. 167 *Ἀχελῷον πᾶν ὕδωρ ποτάμιόν φασιν, ὡς δρῦν πᾶν δένδρον καὶ ἀκρόδρυα πάντας τοὺς καρπούς.* Haec enim Macrobio testo noster observaverat in lexico tragico: — schol. VR. Hipp. 263 *καὶ μάρτυρες ἔσονται οἱ σοφοί, εἴπερ ἑνὸς τῶν ζ σοφῶν ἐστιν ἀπόφθεγμα τὸ μηδὲν ἄγαν, ὅπερ Χίλωνι ἀνατιθέασιν, ὡς Κριτίας· καὶ Πίνδαρος· σοφοὶ δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν Γέπος ᾔνεσαν περισσῶς* (fr. 255 Boeckh. 196 Bergk.). § *τὸ δὲ μηδὲν ἄγαν οἱ μὲν Χίλωνι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀνατιθέασιν, ὡς Κριτίας* (de quo vid. cap. IV n. 9 huius libri), *οἱ δὲ Σωδάμῳ, ὡς τὸ ἐν Τεγέᾳ ἐπίγραμμα δηλοῖ·*

*ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτου, ὅς μ' ἀνέθηκεν·*
*μηδὲν ἄγαν· καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.*

*ὁ δὲ Θεόφραστος ὡς τὰ Σισύφου λεγόμενα καὶ Πιτθέως, οἷον· μηδὲν ἄγαν· μηδὲ δίκην δικάσῃς.* Cum his con-

tendas Didymum ap. Clem. Alex. I p. 220 ed. Heins., nisi Heraclidis filius potius quam Chalcenterus Symposiacorum scriptor habendus est. — Eiusdem ordinis sunt schol. Androm. 1 *ὡς ὁ Αἰσχύλος ἱστορεῖ — ἐν τοῖς Φρυξί, ἔνθα καὶ ξένως ἱστορεῖ κτλ.* (276) Med. 1377 *Νεόφρων δὲ ξενικώτατον, ἀγχόνῃ γὰρ τελευτῆσαι.* Rhes. 36 *Μνασέας δὲ ξενικώτερον ἀφηγεῖται τὰ περὶ τὸν Πᾶνα*, quae mihi e felicissima coniectura ad auctorem historiae peregrinae referri posse videntur, qui etiam in schol. ad Eur. Andr. 867 errorem in fabulis enarrandis commissum castigat. Haud absone eidem vindicaveris Med. 169 Androm. 224. — Tropicam lexin qui composuit apte scribere poterat etiam schol. Med. 899 Matth. *παρεμπολῶντι· πιθανῶς κέχρηται τῇ τροπικῇ λέξει — τὸ γὰρ παρεμπολᾶν ἀντὶ τοῦ κερδαίνειν τίθεται — οἱ δὲ ὑποκριταὶ ἀγνοήσαντες γράφουσιν ἀντὶ τοῦ πόσει ἐμοῦ, ὅπερ οὐ δεῖ.* Cf. schol. Soph. O. T. 56. 477. — Libros *διεφθορυίας λέξεως* in memoriam vocat schol. Tro. 89 *παραφθειράντων τῶν ἐνοικούντων τὴν λέξιν.* — Schol. Or. 210 a nostro profectum esse conicias e Phot. 406, 19 *πέλανος.* — Denique conferas schol. Soph. El. 139 *μόνος θεῶν γὰρ θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ* cum schol. Eur. Alc. 55 Matth.; schol. Soph. O. T. 316 *λύειν, λυσιτελεῖν* cum Alc. 644 Flor. 6 Med. 563 Flor. 6. 15; Hesych. et schol. Philoct. 231 *ἁμαρτεῖν· ἀποτυχεῖν* cum schol. Alc. 899 Matth.; schol. Soph. OC. 25, schol. Odyss. *β* 319 *ἐμπόρων· ὁδοιπόρων* cum schol. Alc. 1009 Flor. 15; schol. Soph. Phil. 201 cum schol. Med. 1336 *διὸ καὶ κεχίασται* (Or. 81 Flor. 33); schol. Soph. O. T. 480 *μεσόμφαλα* cum schol. Phoen. 237; Soph. Ai. 143 cum Phoen. 28; schol. OC. 14 cum Or. 382; El. 135 cum Or. 267; schol. Arist. Avv. 556 Hesych. *ἱερὸν πόλεμον* cum schol. Tro. 9 Cob.; schol. Acharn. 409 (417) cum schol. Or. 159. 161 (schol. Soph. Ai. 609 *ἔφεδρος* cum schol. Ar. Rann. 804; schol. Pind. Ol. *Α* 97 cum schol. Hom. Od. *λ* 568 sq.; schol. Ar. Rann. 187 cum schol. Odyss. *λ* 14). — Didymi loquendi consuetudinem sapit schol. Alc. 255 *εἰκῇ φησι (δια-) δεδόσθαι τὰ περὶ τῆς ἐν τῷ Ἀχέροντι πορθμείας*, quibuscum conf. Hes. *ὀρείχαλκος.* Idem cadit in Hec. 467 Cob. *ὑπο-*

*συγχέουσι δὲ τὴν ἐν ἑκατέραις διαφοράν* (cf. Hec. 4) coll. Ammon. de diff. p. 50 *ἔνδον· Σοφοκλῆς τὴν διαφορὰν συγχεῖ· φησὶ γὰρ ἐν Τραχινίαις* (204)· *'γυναῖκες αἵτ' ἔσω στέγης αἵ τ' ἐκτός,' δέον εἰπεῖν· γυναῖκες αἵτε ἔνδον*, quae fidem faciunt in schol. Soph. Trach. l. c. excidisse *τὸ χ*. Atque confusio vv. *εἴσω* et *ἔνδον* notabatur ab Aristonico ad Hom. Odyss. *η* 13 schol. Pal. Adde usum vocabuli *τάσσειν* (*τέταχεν*) Androm. 967 VR. coll. schol. Soph. Ant. 1 Hesych. *κοινόν* Eur. Alc. 928 *ἅλις*. — De Phot. lex. 482, 1 *ῥακχίζειν — ὥς φησι ..... παρ' Εὐριπίδῃ* dixi. — Frequens etiam in scholiis Didymeis formula *εὐεπίφορος ὁ δεῖνα εἰς τὸ λέγειν κτέ.*

Huiusmodi exempla alia ab aliis et reperta sunt et poterunt reperiri: ego apposui quae et memoriae et perlustranti mihi collectanea mea prima sese obtulerunt.

Iam vero paullo accuratius pertexenda erit, quam supra primis tantum lineis adumbravi, de dissidentibus artis Euripideae existimatoribus disputatio. Diximus duas observationum series continuas tamquam fila duci, alteram candide, alteram iniquius de poetae arte iudicantem. Ac prioris quidem auctor alterius, quem respexit, aperte adversarium sese testatur. Schol. Androm. 32 Cob. *οἱ φαύλως ὑπομνηματισάμενοι ἐγκαλοῦσι τῷ Εὐριπίδῃ φάσκοντες ἐπὶ τραγικοῖς προσώποις κωμῳδίαν αὐτὸν διατεθεῖσθαι. γυναικῶν τε γὰρ ὑπονοίας κατ' ἀλλήλων καὶ ζήλους καὶ λοιδορίας καὶ ἄλλα ὅσα εἰς κωμῳδίαν συντελεῖ ταῦτα ἁπαξάπαντα τοῦτο τὸ δρᾶμα περιειληφέναι, ἀγνοοῦντες. ὅσα γὰρ εἰς τραγῳδίαν συντελεῖ ταῦτα περιέχει, τὸν θάνατον τοῦ Νεοπτολέμου καὶ θρῆνον Πηλέως ἐν τέλει, ἅπερ ἐστὶ τραγῳδίας*: — VR. Androm. 724 *ἔνιοί φασι παρὰ τοὺς χρόνους αἰνίττεσθαι τὰ Πελοποννησιακά. οὐκ ἀναγκαῖον οὖν κατασυκοφαντεῖν τὸν Εὐριπίδην, ἀλλὰ φάσκειν πλάσματι κεχρῆσθαι.* Idem ad Rhes. 476 suum interpretandi conatum laudibus effert *ἡ δὲ καλὴ ἐξήγησις αὕτη.* Ac locis fere innumeris vulgata Arsenii scholia adversus indoctos (*ἀπαιδεύτους*), tela acuunt quos et colligere longum et h. l. omittere prudentioris est, ne Byzantiorum lupinae pro aere veneant. Quod adnotavi propter schol. Eur.

Phoen. 283 vol. V p. 79 M. — Acerbe vituperatur poeta Tro. 14 *ψυχρῶς ἠτυμολόγησε*. 36 *ψυχρῶς τῷ θεάτρῳ προσδιαλέγεται* (856 Andr. 613) 1042. 1119 Rhes. 165 *γελοῖον*. Tro. 986 *ἀνοικεῖον τοῦτο τοῦ ὑποκειμένου*. 1023 *εὐήθης ἡ Ἑκάβη*. 636 *οὐ στοχάζεται τῶν ὑποκειμένων προσώπων κτέ*. Neque in Medeam qui commentatus est poetae pepercit. 328 *μέμφονται τῷ Εὐριπίδῃ*. 446 *ἐπιλαμβάνονται Εὐριπίδου*. 535 *ἐπιλαμβάνονται τοῦ ἐπιχειρήματος* (cf. Tro. 1003). 911 *οὐ γὰρ οἰκεῖον τῷ προσώπῳ* (cf. Alc. 329. 363 Tro. 636). 57 *σχῆμα σολοικοφανές* (Phoen. 283). 87 *περισσὸς ὁ στίχος*. 889 *οὐκ ἀναγκαῖον ἦν ταῦτα λέγειν*. 97 *ἀσύμφωνα ταῦτ' ἐστι τοῖς ὑπὸ τῆς πρεσβύτιδος εἰρημένοις*. 660 *εὐεπίφορος εἰς τὸ λέγειν σοφός*. Vin exempla e schol. ad Alcestidem petita, animadvertas hos locos 225 M. (Androm. 1217 VR Hec. 240 coll. Didym. Andr. 867) Alc. 238 *οὐκ εὖ. κατὰ γὰρ τὴν ὑπόθεσιν ὥς ἐστι πραττόμενα δεῖ ταῦτα θεωρεῖσθαι*, quae si Aristophanis Byzantii sunt, ut Lachmannus arbitrabatur, eius verba haud dubie sua fecit Euripidis cavillator. Alc. 797 *οὐκ εὐλόγως* (vulg. *οὐ λόγῳ*) *τὸν ἥρωα εἰσήγαγε φιλοσοφοῦντα, ὃν ἔδει καὶ ἄλλου φιλοσοφοῦντος διαπαίζειν*. In cumulum accedat Androm. 1054 *οὐδέν εἰμ' ἀπωλόμην· ἐγκαλεῖ Δίδυμος καὶ εὐεπίληπτόν φησι τὸν αὐτὸν ἐν πάθει ὄντα λέγειν 'οὐδέν εἰμι, φροῦδη μὲν αὐδή'. παρὰ τῷ Ὁμήρῳ* (*P* 695 *δ* 704)· *'δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε'*. § *ἀλλ' ἐκεῖ οὐκ αὐτὸς ὁ πάσχων φησίν, ἀλλ' ἕτερος περὶ αὐτοῦ*. Cum his igitur locis si contenderis Didymum ad Eur. Andr. 329. 363. 867 dubium esse vix poterit quin ab hoc ipso grammatico, quidquid scholia ad imminuendas Euripidis laudes afferunt, profectum sit, praesertim cum Sophoclis etiam atque Aristophanis Ach. 450 interpretes antiquissimi (Didymus?) nullam fere occasionem Euripidem vellicandi praetermittant. Ab huius igitur cavillationibus qui tamquam in praesidio poetae collocatus artem Euripidis defendit, is Didymi commentarios etiamtum inspicere potuit (schol. Andr. 1054), id quod vetat, ne in labentis doctrinae tempora detrudatur. Post Didymi curas Euripidi operam dedisse scimus Alexandrum quendam, Lehrsio arbitro in quaestt. epic. p. 13 Co-

tyacensem, deinde Soteridam Suida et Eudocia testibus, denique Dionysium Cratetem Euclidem. Ac Dionysium quidem Tzetzae non distinguendum esse arbitror ab hypomnematista codicis Havniensis. In eadem enim incude fabricata videntur, quae in schol. Andr. 32 Cob. a *ὅσα — τραγῳδίας* leguntur atque schol. Or. 1686 et argum. Alc. Cob. Sed difficilius est extricatu, quis iste Dionysius intellegendus sit. Musicum Halicarnassensem iuniorem esse statuunt Meinek. Com. Gr. II 1240 hist. crit. Com. Gr. p. 16 H. Keil. Mus. Rhen. VI p. 130. 131, nec sino similitudine veri. Res enim et musicae et choricae tractantur in scholl. Or. 170—79 IV p. 314 Matth. Androm. 103? Hipp. 67 Cob. Phoen. 202 (V p. 59. 60 M.) Alc. 918 Med. 517, quorum quidem locorum novissimum par neque a Didymo abhorret. *Ἐπέχω.*

---

Scholiorum Sophoclis Laurentianorum auctorem diximus praeter Didymi commentarium eiusdem etiam, neque vero Palamedis Eleatici, *λέξιν τραγικήν* usurpasse (Tr. 1161), deinde hanc ipsam *λέξιν* in schol. El. 451 commentario i. e. *τῷ ὑπομνήματι* ex adverso poni, ut suspicio suboriatur, idem aliis etiam locis esse factum, denique *ὑπομνήματα* sive *τοὺς (προ) ὑπομνηματισαμένους* a commentario (*τῷ ὑπ.*) accurate esse distinguenda (schol. OC. 681), eademque a Didymo usurpari, ad verbum referri, refutari. Quodsi ita est, spero fore ut iuxta mecum omnes intellegant, veterum in Aristophanem scholiorum simillimam esse conditionem. Ac lexis quidem *κωμική* plus vice simplici praeter commentarium in partes vocatur (vid. I cap. 5 p. 72 huius libri), schol. Plut. 313 Pac. 959, unde efficitur, ut ratiocinationibus saepius iam a nobis usurpatis hoc quoque loco admissis Hesychii et scholiastae consensum, quocumque pedem figas, obvium, inde explices, quod uterque Didymum semet ipsum de more expilantem adhibuit. Deinde quae in tempora Didymo anteriora descendunt commentaria (*τὰ ὑπομνήματα*) passim transscripta deprehendimus schol. Avv. 124 — *ὁ μὲν Καλλίμαχος γράφων οὕτως, Λικυμνίαις βολαῖς, φησί...., ταύτης*

τῆς διδασκαλίας οὐ μέμνηται. ἐν δὲ ἐνίοις τῶν σχολικῶν ὑπομνημάτων (Lehrs. Ar. 21) ταυτὶ γέγραπται· ἴσως ὁ Λικύμνιος ἐνεπύρισε τινῶν οἰκίας. ἐν δὲ τοῖς ἐπιγεγραμμένοις Ἀπολλωνίου ταῦτα γέγραπται· εἴη δ' ἄν et q. s. Qui locus licet a mendis non magis liber sit, quam Hesychius s. v. Λικυμνίαις βολαῖς ex eodem fonte hausisse putandus, hic tamen ipse cum Hesychio sive lexico Didymi comico consensus abunde evincit et scholii auctorem esse nostrum et ab hoc usurpari τὰ ὑπομνήματα. Maiorem etiam vim atque auctoritatem ad probandum id quod diximus habet, quia sine offensione legitur, schol. Vespp. 564 (542) θαλλοφόροι· ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν οὕτω γέγραπται· θαλλοφόροι ἀντὶ τοῦ ἐργάται· θαλλόν τ' ἐρίφοισι φορῆναι· οἱ γὰρ γέροντες τὰ τοιαῦτα ἐν ἀγρῷ οἰκονομοῦσιν. εὐχερεῖς δ' εἰσὶν περὶ ὧν μηδὲν ἔσχον σαφὲς (εἰπεῖν) αὐτοσχεδιάζοντες (vulg. ἀποσχεδ.) et q. s. doctissima, Hesychio haud ignota θαλλοφόρους πρὸς οὐδὲν ἄλλο χρησίμους ἢ πρὸς τὸ θάλλειν (?θαλλοφορεῖν. Meurs. Panath. 33 τὸν θαλλόν). Idem indicium efficeretur e schol. Vespp. 1003 (962), nisi Hesychium s. v. τραχήλια manum haberemus. Scholiastae verba sunt ἐν τοῖς ὑπομνήμασι δὲ γέγραπται περὶ τῶν τραχηλίων οὕτως· τὰ ἀποβαλλόμενα τῶν ὄψων, ὡς μικρὰ κλέψοντος αὐτοῦ. πεπλάνηται δέ. ἔστι δὲ τραχήλιόν τι βραχὺ τελέως, παραπλήσιον τοῖς κυρηβίοις, τουτέστι πιτύροις, τοῖς ἀπὸ τῶν κριθῶν ἀποβρέγμασι, τοῖς ἀχύροις. Forte tamen fortuna factum est, ut Hes. s. v. κυρήβια· (vulg. κυρίβια) τῶν κριθῶν τὰ ἀποβρέγματα apte huc comparari posset. Qua oblata occasione moneo nomen quoque Κυρηβίων in lexico Didymi comico exstitisse videri. Hanc enim in sententiam interpretor Harpocr. 117, 25 καὶ ἐν ἄλλοις δεδήλωται. Cf. Alexin Athen. VI p. 242 D, ut noster non modo in commentario ad Demosth. de fals. leg. 433, 21 vel commentariis rhetoricis, sed in lexico etiam comico de voc. Κυρηβίων dixerit. Quae cum ita sint, non dubito quin ad nostrum referenda sint etiam scholl. Ar. Avv. 281 (coll. 1242 εἴη δ' ἄν οὖν). 283. 556 (coll. Vespp. 564 ἐσχεδίασται δ' ὑπ' αὐτῶν). 1075 Plut. 385 Vespp. 343. 352 praecipue cum schol. Ar. Avv.

556 non modo ab Hesychio s. v. *ἱερὸν πόλεμον*, sed etiam a schol. Eur. Tro. 9 Cob. repetitum sit.

Itaque res non prospere cessit Oscari Gerhardo de Aristarcho Aristophanis interprete Bonn. 1850 p. 3 neganti id quod O. Schneiderus affirmaverat *ΤΑ ὑπομνήματα* ab auctoribus nostrae scholiorum farraginis ipsis inspecta non esse, sed ab auctore *ΤΟΥ ὑπομνήματος* afferri. Ut enim auctor *τοῦ ὑπομνήματος* Didymusne an Symmachus fuerit, in utramque partem disputari potest, ita *τὰ ὑπομνήματα* maturiore morte periisse, quam quae aetatem ad secundum usque post Christum saeculum perducerent, pro exploratu haberi potest. Infirmiorem etiam sententiam Dindorfius in add. vol. I schol. t. III p. 390 tulit '*nostram scholiorum collectionem partim ex Phaini et Symmachi partim aliis quibusdam scholiorum collectionibus esse compositam, inter quas*, inquit, *si nonnullae fuerunt auctorum nominibus non inscriptae, profecto non mirandum est simplicis ὑπομνήματος nomine, ubi una aliqua, vel ὑπομνημάτων, ubi plures distinguendae erant, in scholiis nostris esse appellatas, quemadmodum in scholiis Sophocleis interdum Didymi aliorumve interpretum nomina apposita, aliquotiens autem τὸ ὑπόμνημα* (ad Ant. 1326 El. 451. 488) *vel τοὺς ὑπομνηματισαμένους* (OC. 388. 390. 681) *commemorari vidimus.*' *ΤΑ ὑπομνήματα* enim, ut vides, intellegendi sunt partim accuratiores commentarii ab ipsis grammaticis Alexandriae scholas habentibus emissi, partim in publicam lucem non proditurí fasciculi, scholae vel scholasticorum usui destinati, partim fortassis schedulae a discipulis illustriorum grammaticorum, quorum interfuerant praelectionibus, futurum in usum conceptae. *Τὰ ἐπιγεγραμμένα Ἀπολλωνίου* sc. hypomnemata (schol. Avv. 1242) exemplo esse possunt id genus saluberrimo. Mihi enim perquam simile veri videtur, hunc Apollonium, non Rhodium, sed aliunde ignotum hominem, unum e quadraginta Aristarchi discipulis fuisse, cuius qualescunque observationes in hypomnemate aliquo literis mandaret; vid. schol. Ven. Rann. 357 *μήτε Κρατίνου* [Gerhard. l. l. p. 22] Rann. 423 (191). 1148. 1294. 1485, ut longe recedam ab O. Schneideri sententia, qui p. 89,

licet intellegeret Apollonii adnotamenta ad Aristarchi studia Aristophanea se applicuisse, in universum tamen hoc sibi affirmare posse visus est, cuiuscumque ista essent Apollonii, a Symmacho (!) ea esse tractata. 'Aristophanis etiam Byzantii observationes ad cognominem poetam spectantes scholiorum nostrorum auctoribus per discipulos maxime innotuisse' recte A. Nauckius Ar. Byz. p. 65 ex schol. Thesm. 917 concludit, poterat confidentius dicere per Callistratum, quo ex Aristophanis discipulis neque maiorem ullus gloriam nactus est neque saepius in scholiis advocatur. Intellegis inde, quid sit quod in scholiis nostris huic Callistrato Aristophaneo Apollonius is, de quo modo diximus, obviam quasi obsistat, ut factum est in scholl. ad Rann. 804. 849. 1125. Alterum enim Aristarchi, alterum iuxta cum Timachida Rhodio Aristophanis sententias ac praecepta repraesentare merito dixeris.

Iam vero postquam vidimus, quid de commentariis istis, quos plurativo numero usi scholia *τὰ ὑπομνήματα* vocant, statuendum esset, protinus ad solvendam quaestionem alteram cum priore illa arcte coniunctam nos accingemus, uter *τὸ ὑπόμνημα* conscripsisse videatur, Symmachusne, cui Schneiderus p. 57 vindicat, an Didymus cui idem abiudicat p. 18. Proficiscimur igitur etiam nos a schol. ad Plut. 1037. 8 antiquissimo *τηλία· κοσκίνου κύκλος ἢ σανὶς πλατεῖα, ἐφ' ἧς ἅλφιτα ποιοῦσιν. ἐν δὲ τῷ ὑπομνήματι οὕτως· τοῦτο τί ἐστιν οὐκ οἶδα, ὅτι δὲ συμβάλλεται ἐν Μαρικᾷ Εὐπόλιδος οἶδα. κἀκεῖ γὰρ τὴν Ὑπερβόλου μητέρα τηλίᾳ εἰκάζει τῇ πλατείᾳ σανίδι. κτέ.* Hemsterhusius nihil aliud suppetere ratus, quam ut de coniectura remedium arcesseret, p. 214 ed. Dindf. legendum esse existimavit *ὅτι δ' ἀμφιβάλλεται* '*ambiguum autem esse, significationisque controversae, hoc scio*', Schneidero vapulans, qui, cum locum non tam medica manu, quam interpretis acumine indigere sibi persuasisset, commentarii scriptorem hoc dixisse statuit '*Scio locum nostrum ob vocem τηλία ab interprete Eupolidis cum simili quodam illius comici loco comparatum esse*'. Vereor ne neuter commentatoris mentem assecutus sit. Aperte enim scholion hoc omnium antiquissimum ante oculos habuit auctor alius

recentioris, cum haec scriberet *τηλία ἔχει μέντοι καθ' ἑαυτὸ ἄπορον. ἐὰν δὲ τὸ ἐν Μαρικᾷ προσέλθῃ, ἔνθα εἰς τηλίαν φησὶ τὰ τοῦ Ὑπερβόλου ὀστᾶ ἐμβεβλῆσθαι* (bene haec cum schol. priore conciliat Fritzschius Act. soc. Gr. I p. 134), *ἀπορώτερον ἔσται. ζητητέον οὖν.* Itaque spondeo scriptum fuisse *ὅτι δὲ συμβάλλεται τῷ* (vel *τὸ*) *ἐν Μαρικᾷ Εὐπόλιδος οἶδα*, e quibus sensus exsculpi optimus potest: 'hoc scio locum comparari solere cum simili quodam Eupolidis *ἐν Μαρικᾷ* loco, quo Hyperboli matrem *τηλίᾳ* similem fecit poeta'. (Simillimus locus est schol. Avv. 767. Possis etiam *συμβλητέον τῷ κτέ*, ut schol. Avv. 1562 *ὅπερ συμφωνότερόν ἐστι τῷ παρὰ Μενάνδρῳ.*) Nam si eam, quam Schneiderus elicuit, sententiam exprimere commentarii auctor voluisset, a more grammaticorum non desciscens, opinor, scripsisset omissa voce *οἶδα· συμβέβληται δὲ ἐν Μαρικᾷ Εὐπόλιδος*, quantumvis etiam sic perverso elocutionis genere scriptor usus esset. Etenim quae Schneiderus, suam ut caussam ageret exempla congessit schol. Plut. 9 Vespp. 151 Avv. 1738, ut satis trita sunt, ita alius plane generis. Haec enim volunt '*De his dixi, exposui, sententiam meam aperui in commentario Pindarico, Menandreo, Cratineo*'. Possit etiam ferri '*cum his memini me comparare*'; at haec sententia verbis *ὅτι δὲ συμβάλλεται οἶδα* recte exprimi non poterit. Utut est, requiritur in his talibus perfectum *εἴρηται, διείληπται, διώρισται*. At vereor equidem ne nihil aliud dicere voluerit scholii auctor, quam semet ipsum quid explicando huic loco salubre afferat non habere, neque alios interpretes habuisse videri, quippe quotquot inspexisset omnes in eo acquievisse, ut locum quendam ex Eupolidis fabula Maricas inscripta apponerent, in quo idem illud quaesitae significationis vocabulum *τηλία* appareret. Atque haec profecto redolent Didymi ingenium, qui in re incerta nihil discernere ausus, dum inscitiam suam ingenue confitetur, quid decessores loco illustrando attulerint, adnotasse satis habet. Idem vero in lexico comico ad vocabulum *τηλία* delatus eam, quam Hesychius delibavit, explicationem apposuerat *τηλία· σηλία ἐν ᾗ διαμάττεται τὰ ἄλευρα ἢ περιφέρεια κοσκίνου.* Atque ne hanc quidem Didymi explicationem

deesse voluit, quisquis auctor est schol. ad Plut. 1037, cum dicit *κοσκίνου κύκλος ἢ σανὶς πλατεῖα, ἐφ' ἧς ἅλφιτα ποιοῦσιν, ἐν δὲ τῷ ὑπομνήματι οὕτως· κτέ*, uti idem bis in scholl. Sophocl., Tr. 1161 El. 451 factum esse vidimus. Restat ut de schol. Venet. Pac. 758 pauca addam, quod caussam suam tueri arbitratur O. Schneiderus p. 18 *Λαμίας ὄρχεις· δραστικοὶ γὰρ οἱ ὄρχεις. Δίδυμος δὲ... εἰδωλοποιεῖ δέ τινας ὄρχεις Λαμίας. θῆλυ γάρ· ἐντεῦθεν κτέ. — οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι.* Hunc igitur locum cavendum esse ne ad hanc quaestionem solvendam temere arripiamus, verissime perspexit Osc. Gerhard. p. 2 hoc primo argumento usus, quod, quae vis insit in articulo *τῷ* accurate posito, ea necessario absit a verbis schol. Pac. 758 Venedi *οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι.* Accedit quod totam de Lamia narrationem e schol. Ar. Vespp. 1030 huc irrepsisse non modo sententiae male cohaerentes clamant, sed etiam et. m. 550, 50 et Suid. II 1 p. 496. 497, qui nostris scholiis etiam tum integriores melioresque manibus terebant, comparatio extra dubitationis aleam ponit, ubi diversa locis leguntur e Duridis Libycis excerpta et adnotatio *Λαμία· θηρίον — θῆλυ γάρ.* Manifestum me iudice est ista *οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι* in fine manca vocabulo *Σφηκῶν* addito supplenda esse. Denique nescio quid sequioris aetatis elocutioni convenientius sapiunt haec verba *οὕτως εὗρον*, quod quidem additamentum etymologici potissimum auctores in deliciis habuerunt. Cf. e. g. Or. p. 18 ed. Stz.

Itaque ego, qui scholio Plut. 1037 lenissima medela, ut mea fert opinio, persanato operosis disquisitionum ambagibus facile supersedere possim, sic statuo, unum dumtaxat in scholiis, quae quidem hucusque innotuerunt, locum superesse, qui *τὸ ὑπόμνημα* h. e. certum quendam commentarium commemoret, hunc ipsum autem ceteris praestantiorem inter Didymi opera recensendum esse. Quod si res ita comparata est, efficitur, ut integrum schol. Plut. 1037 conscriptum sit a commentatore satis antiquo, qui Didymeae aetati proximus eius commentarium (*τὸ ὑπόμνημα*) adhibere poterat, *τὰ ὑπομνήματα* vero, a

Didymo, ut vidimus, commemorata in hunc unum commentarium transscripta fuerint. Itaque ad *ὅτι δὲ συμβάλλεται* subintellego verba *ὑπὸ τῶν προυπομνηματισαμένων.*

Hunc igitur Didymi commentarium suis interpretationibus quasi incrustavit Symmachus Atheniensis, id quod e schol. Ar. Avv. 58 conicio, ubi quae leguntur verba *ἐποποῖ Σύμμαχος καὶ Δίδυμος προπαροξύνουσιν* e more grammaticorum nisi hanc in sententiam explanari non possunt: Didymus a Symmacho adscitus et ipse Symmachus[1]). Rectius igitur O. Schneiderus p. 98 § 19. 20 (Avv. 1001) Fr. Rittero Did. opusc. p. 41 et G. Bernhardyo Gr. litt. hist. p. 998, quamquam non infitior contrarium e schol. Plut. 1130 *οὕτω καὶ Δίδυμος* concludi posse. Haec enim hunc in modum interpretari possis, ut scholiasta, qui Symmachum Didymo consentientem conspiceret, his ipsis verbis indicaverit, nolle se, ne bis eadem recoquat, Didymum exscribere, ut factum esse vidimus etiam in scholl. ad Il. Venet. Sed possunt etiam Symmachi verba esse, qui ad Avv. 1002 aperte Didymi verba continuavit aut continuasse videri voluit, siquidem *τὰ δὲ ἑξῆς ἀδιανόητα* ipsius Didymi esse e schol. Vespp. 1300 Plut. 806 recte coniecisse videbor.

Sed nunc non id aginus, ut iterum rimemur quaestionem a Schneidero profligatam, utrum scholiasta in comportando volumine suo Symmacho Didymoque auctoribus usus sit, an Didymi copias ex illo demum cognitas habuerit, sed ut fulciamus quod diximus, scholia insignioris doctrinae luminibus distincta e Chalcenteri commentario recepta esse, qua in re explananda, quis tandem dux O. Schneidero par potest inveniri itineris? Primum igitur quos alios aliorum poetarum locos inspicere iubemur, ii omnes ad Didymum nos sponte abducunt. Schol. Plut. 9 ad Pindari commentarium amandamur his *τὰ μὲν περὶ τοῦ Πυθίου τρίποδος διαφόρως ἱστορούμενα ἐν τοῖς Πινδάρου ὕμνοις*

1) Lysist. 313 *Δίδυμος καὶ Κρατερός* h. e. Crateri psephismata a Didymo citata. Serv. Verg. Aen. IV 261. 'Didymus et Nicander'. Schol. Apoll. Rh. I 1138. *Εὔπολις καὶ Δίδυμος.* Schol. Il. *Γ* 242 *παρὰ Πολέμωνι καὶ τοῖς κυκλικοῖς — καὶ παρὰ Ἀλκμᾶνι.*

*εὐκαίρως ἡμῖν διείληπται* (cf. Avv. 1121); atque Pindari enarratorem fuisse nostrum in vulgus notum. Schol. ad Vespp. 151 qui scripsit Cratini interpretem se prodit his usus verbis *ἐν δὲ τοῖς περὶ Κρατίνου διώρισται κτέ.* Possis quidem cum Bergkio comm. de reliq. com. Att. p. 264 de Symmacho cogitare adhibito Herod. diet. sol. p. 39, 26 = p. 139 ed. Lehrs., q. l. *ἔν τισιν* defenditur grammaticorum more praepositionem *ἐν* ea vi praeditam ponendi, ut sit '*auctoritate alicuius nixus*' (schol. Hom. *A* 258. 340 Philolog. III p. 453); sed Didymum Cratini quoque comoedias illustrasse e lexico eiusdem comico clarissime patet. Ex eodem lexico, mihi crede, accersivit Hesychius etiam glossulam *ἄχυρος· ἀχυρών* (Phryn. app. soph. p. 7 Lobeck. Phryn. p. 166), qua quos poetas spectaverit edisces e schol. Vespp. 1310 *ὁ δὲ ἄχυρος παρ' Εὐπόλιδι ἐν Χρυσῷ γένει, ὅπου καὶ τὸ Πλάτωνος παράκειται ἐξ Ἀδώνιδος.* Nostri vero in Eupolin commentaria extra dubitationem posita sunt. Cf. huius operis lib. II cap. 13. Neque dubitari posse, num Didymi an alius cuiusdam commentarii Menandrei citentur in schol. Avv. 1738 *εἴρηται δὲ τοῦτο ἐν τοῖς Μενανδρείοις*, O. Schneidero p. 15 et p. 98 facile adsentior. Quid denique de commentariis Homericis dicam diserte in schol. Plut. 589 Pac. 376 respectis? Suum in Holcades commentarium ipse citat in schol. Lys. 723, quod ipsi sine ulla dubitatione vindicandum esse in commentatione nostra de lexico comico evicimus. Hinc locos huic gemellos iuxta mecum Didymo tribues. Uno loco (schol. Pac. 1241 *ἐξῆκται καὶ ἐν ταῖς ἐκλογαῖς*) quid faciam, non habeo. At schol. Plut. 550 cave ne minus feliciter ab Hemsterhusio emendato cum Schneidero ita abutare, ut violentioribus medici manibus admotis quaesitae sententiae accommodes. Verba scholii sunt haec *μᾶλλον ἄν τις ὑπονοήσειεν ἕτερον Διονύσιον Θρασυβούλου τοῦ Κολυττέως ἀδελφόν, ἢ ἔγγιστα συγγενείας εἶναι. καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι σαφέστερον οἶδεν ἢ κατὰ Δίδυμον· ὡς εἴ τις λέγοι κτέ.* Dindorfius add. ad vol. I 185, 2 in vol. III 399 Schneideri dubitationes nullius momenti esse statuens locum intactum reliquit. Male hic quidem et vitiose, nec tamen prosperius

res Schneidero cessit Hemsterhusio praeeunte corrigenti p. 15 *καὶ ἐν Γηρυτάδῃ* (*ἐν Δηλιάσιν*, possit et *ἐν Ἰδαίᾳ*) *σαφέστερον οἶδεν ἢ ἐνταῦθα Δίδυμος*. Statim enim, cum in hunc locum incidi, memoriae obversabatur locus simillimo scribae lapsu contaminatus in schol. Hom. Odyss. *θ* 224, quode habemus adnotationem Meinekii anall. Alex. p. 184. Vulgatur ibi *ὁ δὲ Εὔρυτος Ἀπόλλωνι ἤρισεν, ὡς ἐν Ἰλιάδι φησὶν 'οὐδ' Εὐρύτῳ κτέ'* (Apoll. Rh. I 88). Egregiam confusionem Buttmannus adnotaverat, Meinek. l. c. coll. Gaisf. ad Hesiod. in poet. Gr. minor. I p. 113 primus emendavit *ὡς Ἡλιόδωρος* h. e. *ὡς Ἀπολλώνιος*. Gaisfordium et Bastium in comm. palaeogr. p. 834 in caussa simili antestatus est etiam Cobetus ad arg. cod. R. Eur. Alc. p. 25 Wzschl. Eandem confusionem observavi in lex. chrysop. bibl. Rehdig. I III n. 17. Scribo igitur *καὶ Ἀπολλώνιος σαφέστερον οἶδεν* [*ἢ*] *κατά* (*γε*) *Δίδυμον*, quam phrasin illustrabunt verba Eustathii in pr. Pind. 60, 21 *οἳ καὶ περιάγονται μάλιστα διὰ τὸ ἀνθρωπικώτεροι εἶναι καὶ ὀλιγόμυθοι καὶ μηδὲ πάνυ ἔχειν ἀσαφῶς κατά γε τὰ ἄλλα*. Cf. etiam schol. Rann. 504 *Ἀπολλώνιος δὲ οὐ κακῶς ὑπονενοῆσθαί φησι κωμῳδεῖσθαί τινα*. ('*Apollonius' Verstaendniss der Stelle ist einleuchtender im Verhaeltniss zu Didymus'*'). Ceterum meminerint, velim, lectores scholii Pind. Pyth. VII 4, ubi e coniectura haud improbabili scripsimus *ὁ δὲ Δίδυμος Ἀπολλωνίου ἁπλούστερον ἀκούει* (fr. 28). p. 227.

Alterum argumentum a poetae interpretibus repeto scriptoribusque in scholiis laudatis, quorum plurimi iidemque saepissime respecti et ante Didymum fuerunt et ex Didymeis potissimum commentariis in alios poetas conscriptis inclaruerunt. Qui restant paucissimi numero non modo admodum raro advocantur, sed aliis etiam scholiis gliscente tempore sic adlini solebant, quorum fundamenta a Didymo iacta esse constat. Ab his igitur ut ordiar, Herodianus cum Tryphone et Charete antecessoribus num quae in scholia non irrupit? Sallustius vero (Pl. 725), cuius hypotheses etiam ad Sophoclis fabulas exstabant, Cephisodemus (Avv. 1294), fortasse Didymo laudatus coll. Hesych. *καλάσιρις· χιτὼν πλατύσημος*, Ire-

naeus (Vespp. 895 Eqq. 694 et. m. 631, 2), Alexander (Rann. 864), Telephus (Plut. 725), Hephaestio (Rann. 1295), singulis locis adhibentur. Ex his ignotus alioquin homo Cephisodemus; Irenaeum et Alexandrum, qui l. l. similia atque Timotheus nescio quis (Rann. 1490. 1501) enarravit, Euripidea etiam scholia praestantiora norunt; Telephum denique Porphyriana quoque in Iliadem commentaria usurpant. Neque Apio sive Mochthus bis terve in scholiis Ar. (Pac. 778 Eqq. 577) appositus (Rann. 963 de hippalectryone? et Nubb. 144?) et Epaphroditus (Eqq. 1147 Vespp. 332) scholiis Hom. ignoti. Palamedem quoque, quem quattuor loci suppeditabant (Eqq. 916 Vespp. 708. 1103. 1117), totidem locis in scholl. ad Apoll. Rh. deprehendere memini, quorum fundamenta Augusto fere imperatore iacta esse constat, quamquam non iacta a Didymo, ut Ritterus somniat. Postremo nomine Phrynichum quater dumtaxat commemoratum quidem Nubb. 754 Rann. 862 Dindorf. t. II p. 105 Pac. 414. 617, sed inspectum, id quod Schneiderum fugit, saepius, c. g. Ach. 206. 209. 244 (Bekk. anecdd. I 39, 15). 271. 296*). His igitur aut Symmachum aut scholiastas testimonium denunciasse patet. Reliquos omnes, Callimachum Lycophronem Eratosthenem Euphronium Aristophanem Artemidorum (Apollonium Chaeridis f.) Timachidam Callistratum Aristarchum Ammonium Apollonium Seleucum Demetrium Ixionem Cratetem Herodicum Apollodorum Tarsensem Asclepiadem Alexandrinum Chaeridem Antigonum Antipatrum Dionysium (et) Zopyrum Nicandrum Tyrannionem et *τινὰς ἀναγραφὰς λέξεων* (Vespp. 494) per Didymum innotuisse Symmacho spondeo. Ac de Lycophronis quidem et Eratosthenis operibus tanquam consociatis unumque in corpus commissis abunde me dicere memini in capite libri I 5, ut multis refellere Schneideri opinionem non sit opus, qui p. 58. 86 Symmacho copiam observationum et interpretationum Era-

1) Schol. Ach. 205 compara cum Bekk. anecdd. p. 172, 30 Vespp. 155 cum Bekk. anecdd. I p. 220, 29.

tosthenis fuisse referat, nisus schol. Eqq. 958. Porro Aristophanis Byzantii Aristarchique recensiones commentarios commentariolosque quod attinet, qui potuisse fieri arbitraris ut Symmachus manibus tractaret suamque in collectionem ad verbum transscriberet (quam sententiam mordicus tenet Schneider. p. 58 coll. schol. Eqq. 752), quorum qualescunque observationes credibile est ne Didymum quidem e libris, ut verbo utar, originalibus potuisse protrahere, sed operosius huc et illuc circumspectantem e discipulorum demum libris undique conquisitis excussisse? Quas molestias cur post Didymi curas iterum proprio Marte exantlaret Symmachus, etiamsi copiosissimo illius apparatu adhuc uti potuisset, ut profecto non potuit, caussa me hercle nulla erat. Aristophanem igitur Didymus cognitum habebat partim ex Artemidoro Pseudoaristophaneo appellari solito (Rank. Hes. 103—9 Schneid. p. 93), cuius fide etiam Apollonius Chaeridis affertur Vespp. 1231, partim e Timachida Rhodio studia sua ad Aristophanis lexicorum imitationem componente, tum e Diodoro Aristophaneo (Thesm. 389), denique e Callistrato inter Byzantii asseclas facile maxime conspicuo; Aristarcheae sedulitatis imaginem sibi adumbravit primum Ammonio cathedrae diadocho usus, dein Apollonio, cuius supra memini, tertio Seleuco Homerico (v. Philol. III p. 436—59), postremo Demetrio Ixione Adramytteno, quem Aristarcho constantia summa usum oblocutum esse proditum est. E scholae Pergamenae grammaticis adhibuit Cratetem et Herodicum Crateteum, vel Herodici fide Mallotem. Quibus tertium addo Apollodorum Tarsensem (Rann. 323), egregium lyticum, e scholl. etiam Euripideis notum[1]). Nam l. l. integrum e Didymo fluxisse fidem facit Hesychius s. v. *Διαγόρας· διόδωρος* (h. e. *Ἡλιόδωρος*, corr. *Ἀπολλόδωρος*) *ὁ Ταρσεὺς ἀναγιγνώσκει περισπῶν δι' ἀγορᾶς κτέ.* Quae Didymi lexico comico originem debent. Ex eodem Hesychio apparet aliorum triumvirum memoriam Didymo deberi, Antigoni inquam (s. v.

1) Hoc nescio cur Schneiderus, qui p. 90 ipse attulit, p. 94 neglexerit.

κειρύλος coll. schol. Avv. 300) Chaeridis (s. v. κήθεια coll. Vespp. 672 Athen. XI p. 477 C) (Rann. 1060) Asclepiadis Alexandrini (s. v. κολακοφοροκλείδης coll. Vespp. 592 Meinek. Com. Gr. II p. 394 Lehrs. anall. Alex. p. 445 sqq. — Nicandrum semel laudatum Eqq. 406, de quo vid. Meier. comm. Andoc. VI 3 p. VIII, Demetrium Zenodoteum ad Pac. 123, Tyrannionem ad Rann. 1337 (Planer. p. 8), atque Demetrium adeo Troezenium (Athen. I p. 29 A, si temporis rationem habeas, inspicere noster poterat. De Antipatri hypomnematis (Avv. 1403) a Koepkio non tractatis non magis habeo quod dicam, quam quis Dionysius Zopyrus Avv. 1297 intellegendus sit. Restat Euphronius, quem O. Schneider. p. 87 Dindorf. vol. III p. 391 Gerhard. de Aristarch. praef. p. III, imprudens grammatici satis iciuni[1]) laudator, recentiorem Didymo fuisse putant, equidem vero cognomini meo Radulfo de Callistrato p. 21 et Nauckio de Ar. Byz. p. 2 n. facile concedo vel ultra Aristarchi tempora reiciendum ab Euphronide Aristophanis magistro non diversum esse. Cuius opinionis fulcimentum praeter ipsum interpretationis genus levissimum non infirmum hoc est, quod saepissime et in scholiis et alibi Euphronius iste cum Callistrato Aristophaneo ita consociatus appellatur, semel etiam una cum Artemidoro Aristophaneo, nec non cum Seleuco Aristarcheo et Callistrato[2]), ut per Callistratum eius memoria propagata esse videatur. Nam Plut. 385 *Καλλίστρατος δὲ καὶ Εὐφρόνιος τραγῳδίας ποιητὴν φασι* saepius iam hoc in libro adnotavimus sic verti debere: 'Euphronius, cui Callistratus testimonium denunciat et ipse Callistratus'. Accurate igitur auctor schol. Vespp. 602 *Εὐφρόνιος μὲν — Καλλίστρατος δέ*. Quid porro, ne de aetate hominis dubites, quod Callimachum in libro *περὶ ὀρνέων* Euphronio isti data opera oblocutum esse non inepte conicias e schol. Avv. 766 *Εὐφρόνιός φησι πάππον ὄρνεόν τι εἶναι — Καλλίμαχος· οὐκ*

1) Quales *αὐτοσχεδιάζοντας* appellare consuevit Didymus. Interpretationis vitiosae exemplum egregium habes ad Rann. 305 Avv. 873.

2) Plut. 385 Avv. 931. 998. 1378 Vespp. 604. 606 Phot. 165, 11 (Hes.) — Vespp. 1139 — Athen. XI p. 495 C.

ἀναγράφω τὸν πάππον; quod ipsum scholion nostro deberi Euphronii sententiae adversus Callimachum patrocinanti Hesychius docebit s. v. πάππος· — σημαίνει δὲ καὶ ὀρνέου εἶδος. Similiter Didymus Hesychii σπολάς· χιτωνίσκος βαθύς (lex. trag. Sophocl.) Euphronium secutus ap. schol. Ar. Avv. 934 χιτῶνα δερμάτινον esse σπολάδα testantem. Item e Diogeniano (h. e. Didymo) sapiunt, ni fallor, Phot. 165, 11 Κίλλεια 383, 21 παραιξόρουσον et. m. ἐνεργμός. Nec flocci faciendum denique, quod ipse Hesychius Euphronii nomen apposuit s. v. λακκόσπεδα (leg. λακκόσπεα e πέος, σπέος) et, si quid video, s. v. ῥαφανίς, ubi nunc Τρύφων legitur. (Corr. Εὐφρόνιος δέ φησι, quo ducit Doriensium mentio coll. Tzetz. Lyc. 387). — Nec non Didymum in schol. Avv. 799 testimoniorum apponendorum copiae admodum studiosum (Soph. OC. 388) exaudire tibi videare Εὐφρόνιος — ἔπλεκεν. ἀμάρτυρα δὲ ἀμφότερα (cf. schol. Soph. OC. 388. 1593 Avv. 873. 998). — Homericae explicationis pravum atque exile conamen prodit schol. Avv. 604 Εὐφρόνιος δὲ καὶ τοὺς παρ' Ὁμήρῳ λιπαροὺς πόδας οὕτως ἀποδιδόναι τινάς φησι (sc. unctos) coll. Eustath. Iliad. Hesych. Odyss. XV 332. Sed extra dubitationem id quod demonstraturi sumus ponere videtur schol. Avv. 1379 καὶ Εὐφρόνιος μὲν χωλὸν εἶναι τὸν Κινησίαν φησίν .... Ἄλλως. Δίδυμος μὲν κύκλον, ἐπεὶ κυκλίων ᾀσμάτων ποιητής ἐστιν, κυλλὸν δέ, ἐπεὶ χωλὸς ἦν. εἴρηται δὲ περὶ αὐτοῦ ἐν Βατράχοις. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν διδασκαλίαις δύο φησὶ γεγονέναι. Σύμμαχος οὕτως· Εὐφρόνιος, ἐπειδὴ κυλλὸς ἦν ὁ Κινησίας. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, ἀλλὰ κτέ. Vides igitur Symmachum oblique castigare Didymum, quod Euphronii expositionem suam fecerit quamvis testimoniis, Symmachi scilicet aetate, non amplius stabiliendam; Euphronium vero, missum faciens Didymum, suo iure Symmachus perstringit, utpote explicationis illius auctorem principalem. Unus me locus Vespp. 694 propter vocabulum σεσημειῶσθαι vexat, sed confodere locum Chrysippus Lycophro Eratosthenesve poterant. Quodsi Euphronium quoque inter Didymi fontes numeremus oportet, non est amplius, cur de Symmachi meritis

iuxta cum O. Schneidero nimis honorifice sentiamus, atque haud scio an Symmachi opera Aristophaneis fabulis navata, non maioris aestimanda, quam Pii Alexandri Dionysii Cratetis Euclidis Marcelli Zosimi Asclepii aliorum, omnino in eo substiterit, ut Didymi commentarios retractatos perpetuaeque quasi censurae subiectos passim adsutis additamentis augeret, ut Ach. 471. Namque hoc etiam calidius sumpsit Schneiderus, omnibus scholl. locis, ubi Symmachus alteri alicui obloquatur, adversarium istum intellegendum Didymum esse. Ut igitur uno alterove exemplo utar, schol. Eqq. 1143. 23 *βρύλλων· ἐξαπατώμενος — Σύμμαχος δὲ ὑποπίνων κτέ.* priorem explicationem Didymi non esse Hesychius *βρυλλῶν* (sic)· *ὑποπίνων* evincit. Idem valet de Nubb. 862 Hes. *ἀμαξίς*. Ceterum Symmachus, siquidem Alexandrum eum, quem antestatur schol. Rann. 864, Cotyaeensem Euripidis interpretem esse recte coniecimus, post tempora M. Antonini philosophi fuerit oportet. Ab hoc igitur Galeni Herodiani Phrynichi locos appositos esse suspicor. Tacite igitur Symmachus ipsas Didymi explicationes pro suis venditat.

Transeo nunc ad lustrandam poetarum rerumque auctorum in scholiis appositorum cohortem, euius singuli manipuli eius ordinis ac pretii sunt, ut delectum eorum habuisse unus Didymus videri possit. Ac saepissime quidem advocantur e poetis oratoribusque ii, quos commentariis illustrasse Didymum constat, epici Homerus Hesiodusque, e septem lyricis Pindarus et Bacchylides, tragoediae etiam Graecae principes tres, et e tragicis minoribus Io et Achaeus, deinde Phrynichus 'Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae' et Menander novae comoediae decus, ex oratoribus denique Demosthenes. Quo vero dilucidius patescat reliquos rerum auctores varios in his scholiis adhibitos esse eosdem, quos fere e Diogeniano Hesychii scholiisque ad Homerum Pindarum Sophoclem Euripidemque comportatis protraxeris, en tibi scriptorum indiculum subiungam literarum ordini eo consilio adscriptum, ut singulis nominibus eorum scholiorum sigla adlinerem, quae iisdem testibus essent conspicua. Andro scholl. Hom.

Pind. Soph. Androtio HPS. Anticlides H. schol. Eur. Hesych. Apollodorus HPSEHe. [Apollonius Acharnensis] Aristocrates S.? Aristocritus. Aristoteles HPESHe. Aristoxenus HSHe. Callistratus sive Menecles P. Carystius S. Charax H. Chrysippus HPEHe. Cleanthes H. Clearchus H. Hes. Clitarchus Hes. Craterus Crates (cf. L. Preller. Polem. p. 117, errant Hecker. in Philol. V p. 428 Schneidew. Iahrb. f. Phil. u. Pädag. 1853 LXVII) S. Dicaearchus PSEHe. Demetrius Phalereus. Demo HP Hes. Dieuchidas P. Dioscorides. Duris HE. Ephorus HP Hes. Hellanicus HPSEHe. Herodotus PHS(E)He. Hippocrates HS. Idomeneus. Ister HPSHe. Lycus P. Neanthes SE. Nymphis. Phanodomus PHe. Pherecydes HPSEHe. Philochorus HPSEHe. Phocio? Phyllis? Polemo HPSEHe. Praxio. Satyrus HS. Sosicrates. Staphylus H. Suidas HEHe. Theagenes HP. Theophrastus HEHe. Theopompus HPEHe. Thrasymachus? Thucydides HPSEHe. Xenomedes H. Xenopho HHes.

Locus perdifficilis. Leviora codicum menda abstersit Bekkerus. Pro *ἐπιγράμματος* Westermannus mavult *ἐπιγραφῆς*. *Κράτιππος* proscripsit Meierus comm. Andoc. VI 13 p. 62 reponens *Ἕρμιππος*, quod Rittero placuit. Idem Ritterus verba *τοῦτο δέ φησι Ζώπυρος ἱστορεῖν* male parenthesis signo circumscripsit. Muellerus vero fr. hist. Gr. II p. 77 verba *ἐν Θρᾴκῃ* cedere iussit coniecturae suae *ἐν Θορικῷ*. Mihi equidem verba *ἐγὼ δὲ — αὐτόν* loco suo mota transponenda post *προθεσμίαν* §. 34 esse videntur. *τοῦτον ἐν Θρᾴκῃ* graviorem labem passa fortasse hunc in modum redintegranda sunt, ut *ὁτούτη ἄνθρακι* scribamus h. e. *ἑξηκοντούτη ἄνθρακι*. Neque *νομίζῃ* sanum esse potest, natum illud fortasse ex praegresso vocabulo *νομίζω*. Sed hariolari nolo. Pro *Κράτιππος* malim *Κράτερος*.

4.

His tribus locis Marcellinus Didymo testimonium denunciat. Praeterea §. 14 *ἀπὸ τούτου οὖν . . . . κατάγεσθαί φησι τὸ Θουκυδίδου γένος* Ritterus p. 128 *Δίδυμος* supplevit, fortasse recte, quamquam Aldinae lectio est *φασί*. Codd. *φησί*.

5.

Addo hoc loco, quod alium commodiorem frustra circumspicio, Didymi fragmentum ad Miltiadis vitam pertinens, quod reperitur apud scholiastam Aristid. *ὑπὲρ τῶν τεττ.* p. 515, 17 *Κίμων Μιλτιάδου γέγονε παῖς· — παρὰ τρεῖς μὲν ἐψηφίσαντο ψήφους τὸ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι: πεντήκοντα δὲ τάλαντα ἐπράξαντο. Δίδυμος δέ φησιν, οὐχ ὅτι ἐλακώνιζεν, ἀλλ' ὅτι Ἐλπινίκῃ τῇ ἀδελφῇ συνῆν.*

6.

Denique vitam Thucydidis a se conscriptam fortasse ipse Didymus respexit in schol. Pind. Nem. II 19 p. 438 Boeckh. — *ὅτι εἰς Αἴαντα ἀνέφερε τὸ γένος, ὡς καὶ Μιλ-*

*τιάδης καὶ Κίμων καὶ Ἀλκιβιάδης καὶ Θουκυδίδης ὁ συγγραφεὺς ὁ Ὀλόρου*, ubi Boeckhius adnotat: 'qui partim Eurysacidarum partim Philaïdarum gentis fuere, igitur ab Aiace utrique.'

Superest ut paucis exponam, quibus caussis commotus coniecturas supra breviter enumeratas proxime a vero abesse statuam. Proficisci igitur liceat a loco quodam, quantum scio, hucusque a nullo dum editorum Marcellini respecto, Doxopatri, inquam, ad Aphthon. II p. 424, 19 Walz., in quo Marcellini nomine non addito excerptum e vita Thucydidis aliquod continetur *οἷον Θουκυδίδης. ἐγκωμιάσομεν αὐτόν, ἀπὸ μὲν ἔθνους — ἀπὸ δὲ προγόνων, ὅτι ἀπὸ Μιλτιάδου καὶ Κίμωνος γέγονεν ἀπέγγονος τῶν εὐδοκίμων στρατηγῶν, ἀπὸ δὲ πατέρων, ὅτι Ὀλόρου ἦν υἱός, ὃς εἶχεν ἐν Θρᾴκῃ πλοῦτον πολὺν καὶ περιουσίαν μεγάλην.* Pertinent haec ad Marcell. §. 2 et § 14. Neque non eodem ex fonte (§. 2) fluxerunt Doxop. II p. 438, 22 *προῆλθε* p. 439, 3 *ἀπὸ τῶν πατέρων ὡς εἰς Αἰακὸν καὶ Ὅλορον τὸν βασιλέα ἀναφέροντα τὸ γένος.* Manifestum igitur est in Thucydidis vita ea, quam Doxopater manibus trivit, §. 2 extitisse *ἀπέγγονος* pro *ἀπόγονος* (quod quam sit verissimum stemma infra adiciendum docebit) atque §. 14 non de Thucydide agi, sed de patre eius Oloro, homine in Thracia locupletissimo. Quamvis igitur sanissimum videatur esse caput Marcellini 14, depravatum atque adeo loco suo avulsum id esse patet. Videant lectores ipsi. Auctor enim quamquam id agit potissimum, ut persuadeat nobis Thucydidem a Miltiade et Cimone originem ducere, hoc tamen consilium suum tantum abest ut assecutus esse videri possit, ut in iustissimas virorum doctorum vituperationes inciderit propterea, quod res in vulgus notas argumentorum stabiliat ambagibus, incertas vero atque argumentis egentes sine ullo testimonio dimittat. Quid, quaeso, ad rem propositam facit loquacissima illa et prolixa narratio de Chersoneso a Miltiade maiore occupata? qua nihil aliud efficitur, quam ut Miltiadem iuniorem a Miltiade Chersonesi tyranno originem repetere discamus, *ἀλλ' οὐδὲν πρὸς Θουκυδίδην.* — Verumtamen

rationes nonnullae sunt, quae cogant, ut has turbas non ab ipso Marcellino, sed a scribis librariisque motas esse credamus. Ac primum quidem §. 3 Didymo testimonium denunciatur, ut hoc solum affirmet Miltiadem Marathonium ex Aiacis descendere prosapia, non ut una comprobet Thucydidem ab origine Miltiadis generatum: deinde quis est qui in animum inducat vitae auctorem, cuius haec sint §. 4 verba *ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποι τις, τί αὐτῷ πρὸς Θουκυδίδην*; quique teste Doxopatro e testibus omnibus solus verissime *ἀπέγγονον* Miltiadis vocaverit Thucydidem, eundem quod debebat lectori stemma eius continuum haud solvisse? Quae cum ita sint, hoc clarius est §. 14 verba *ἀπὸ τούτου οὖν — γένος* excepisse demum gentilicium a Miltiade ad Thucydidem usque continuatam successionem, cuius etiamnunc supersunt leviora quaedam vestigia his verbis impressa *δοκεῖ οὖν τισιν . . . εἶναι τοῦ Μιλτιάδου ἢ θυγατριδοῦς*. Atque horum, quos *τινάς* vocat, testium opinioni eum vitae auctor ideo ut accesserit fieri non possit, quod Thucydidem Miltiadis *ἀπέγγονον* recte habuit, apparet hoc ipso loco deesse aliquid, accuratius puta descriptum stemma, quo *τινές* illi refutarentur. At quamquam certissimum est rem, quae agebatur, nullo argumento melius confici potuisse, quam adiecta Thucydidis genealogia, tamen vitae auctor hac fortasse ratione ductus, quod ipsum illud stemma non ab omni suspicione liberum videretur, tabulam addidisse gentilicium, si quid video, satis non habuit, sed alia argumenta idonea ut afferret studuisse summopere videtur. Atque argumentorum vim et auctoritatem primum id habuit, quod Thucydidis patri et Miltiadis socero Thracio idem esset nomen Olori, deinde, quod Thucydides in Thracia Scaptesulam prope fodinas haberet, postremo quod Thucydidis corpus cinctum in Cimoniis sepulcris humatum esset. Ex his argumentis ei, quod secundo loco posui, ipse non multum tribuerim, quod Hermippo (§. 19) teste divitias illas historiarum scriptori uxore Thracia ducta accesserunt, quodque, si Doxapatro fides habenda est, §. 14, uti diximus, de Oloro neque de Thucydide sermo est. Sed primo ac tertio argumento gravissimo carere nullo

modo possumus. Verum enim, patri Thucydidis si, quod nonnulli affirmabant, Oroli neque vero Olori nomen erat, profecto de Thucydidis et Miltiadis cognatione actum erat. Apparet igitur, quid sibi auctoris vitae ad Didymum velit provocatio de reiectanea nominis *Ὅρολος* scriptura. Quid multa? A mendis apertis liberandum est cap. 16. Ferri nequit vocabulum *ἐστί*. Requiro vel *ἔψευσται* vel *ἐσχεδίασται* vel simile quid. *ΟΛΟΡΟϹ* formam genuinam esse ut demonstraret Didymus ad inscriptionem etiam nunc servatam sive columnae incisam sive sepulcralem titulum provocavit. Itaque rescribendum est *ὅτι γὰρ Ὅλορός ἐστιν* et q. s. — Iam vero cum pergat Marcellinus *πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι — προσιστορεῖ* facile quis induci possit, ut suspicetur auctorem, cum semel columnae sepulcralis meminisset, tanquam in transcursu Cimoniorum etiam sepulcrorum mentionem fecisse. Quod ne cui probetur vetant verba *δῆλον ὅτι τοῦ Μιλτιάδου γένος ὄντος. ξένος γὰρ οὐδεὶς ἐκεῖ θάπτεται.* Continet enim §. 17 argumentum tertium sane quam gravissimum, ab anonym. §. 1 quoque ap. Westerm. biogr. p. 200 prolatum. En tibi *τεκμήριον μέγιστον*! Pervenimus, quo voluimus. Ecquae, amabo, verba melius cohaerent, quam *καὶ μέγιστον τεκμήριον* (*νομίζουσι*)· *πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις — θάπτεται*? Quam verborum transpositionem nisi admiseris, neque *γάρ* habebit quo e linguae et rationis legibus iure referatur, neque *μέγιστον τεκμήριον* revera gravissimum erit argumentum. Qui Rittero in mentem venire potuerit, ut §. 16. 17 proscriberet, quamvis non modo §. 16 Didymus laudaretur, sed Polemonis etiam memoria nisi Didymo alii deberetur nulli, haud facile dixeris. Iam si dubium esse non potest quin §. 17 etiam Didymum auctorem agnoscat, Corais coniecturam *Ἡρώδου* pro vulgata *Ἡροδότου*, quamvis palaeographicis rationibus (Bast. p. 812) satis commendabilem, ab historia non satis munitam respuamus necesse est. Herodis enim Attici, quem constat originem ab Acacidarum prosapia, Miltiade[1]) Cimoneque ducibus repetisse eque filiabus unam

1) Fortassis Miltiades etiam Atticia et Paterius in anthol. Cephal. n. 588 p. 80 Rsk. commemorati Herodis cognati fuerint.

Elpinices nomine nobilitasse, Didymus meminisse non poterat. Accedit, quod Herodem scimus in pago Marathonio sibi dilectissimo et voluisse sepeliri et esse sepultum. Recte igitur Westermannus biogr. p. 189 et Leutschius Philol. I 1 p. 129 Sauppio obsecuti *Ὀλόρου* pro *Ἡροδότου* rescripserunt. Iidem vero neglegere non debebant duo elementa *ηρ*, male truncati vocabuli rarioris *ἠρίον* reliquias. Lego itaque, servatis simul librorum lectionibus *εὑρίσκεται* et *ὄντος*, *ἔνθα δείκνυται ἠρίον Ὀλόρου, καὶ Θουκυδίδου τάφος εὑρίσκεται, δῆλον ὅτι τοῦ Μιλτιάδου γένους ὄντος* (vel *ὄντων*). Fortasse Olorus, ut qui a latere Cimonis esset, singularem tumulum non habuit (cf. Harp. v. *ἠρίον*), sed una cum pluribus gentiliciis eiusdem mensae (*τραπέζης*) particeps fuit. Hinc facile intellegitur, quid sit quod Thucydidis sepulcrum *εὑρίσκεται*, Olori sepulcrum *δείκνυται*.

Transeo ad §. 32—34. Locus tractatus cum exemplo sit, vitae Thucydidis hac medicina opem ferri non posse, ut frustula nonnulla a proposito aliena proscribantur, quod corruptelae ex parte eiusmodi sint, ut nisi transpositione verborum admissa iis mederi non possit (cf. §. 22 H. Steph.), non amplius dubito quin eodem qualicunque medicamine ad emendanda capita 32. 33. 34 uti nobis liceat. Sunt qui narrent, Marcellinus refert, Thucydidem ibidem mortuum esse, ubi exul vixerit. E contrario Didymum Zopyro fidem non abnegantem tradere, Olori filium ab exilio reducem Athenis occisum esse, eundemque festivae aliorum scriptorum opinioni repugnare, qui in Thracum finibus cum violenta morte perisse tradant, Timaeo vel risui dato, qui Thucydidem in Italia diem supremum obiisse hariolatus sit. Iam vero inter verba *ἐν τοῖς ἄρχουσιν* et *τὸ δ' ἐν Ἰταλίᾳ* apparent verba molestissima *ἐγὼ δὲ Ζώπυρον ληρεῖν νομίζω τοῦτον ἐν Θρᾴκῃ τετελευτηκέναι κτέ.* Quid? Zopyrum a semet ipso ita discessisse, ut Thucydidem in Thracia mortuum esse traderet, quem modo Athenis interfectum retulisset? Credat Iudaeus Apella. Unus Ritterus p. 12 locos pugnantes reconciliare conatus 'Quae pravitas, ut amoveatur, inquit, distingui oportet ut ego feci

*Δίδυμος δ' ἐν Ἀθήναις ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐλθόντα βιαίῳ θανάτῳ (τοῦτο δέ φησι Ζώπυρον ἱστορεῖν).* Scilicet hoc unum a Zopyro Didymus contestatum accepit, violenta morte Thucydidem occidisse, ceteroqui digressus in alia omnia.' Vereor tamen ne verum non viderit, sed verba misere iugulaverit. Quanto rectius Kruegerus Popponem secutus *ἐν Θρᾴκῃ* emendavit *ἐν Ἀττικῇ*, quo etiam prudentior C. Muellerus fr. histt. Gr. II p. 77 *ἐν Θορικῇ* proponit. Possis eodem iure *ἐν Θριᾶσι*. At fugisse videtur interpretes primum quod h. l. Marcellinus vocabulo *τετελευτηκέναι* utitur, neque vero *ἀποθανεῖν*, tum quod pronominis demonstrativi *τοῦτον ἐν Θρᾴκῃ* usus offendit, pro quo *αὐτόν* requisiveris, denique quod intellegi nequit, quid tandem Didymum commoverit, ut auctorem suum Zopyrum nimis superbe vituperaret, cuius narratio, etiamsi concedas ab eo verba conclamatissima *τοῦτον ἐν Θρᾴκῃ τετελευτηκέναι* profecta esse, tamen collato capite 31 veri quid in se continuisse videri possit. His perpensis a vituperatione satis munitus erit, si quis coniecturam proposuerit Goellero iam pridem probatam, neque Zopyrum neque omnino scriptorem Thucydides quo loco perisset contestantem induci, sed alium quendam, genus mortis qui contestetur, advocari. Quid igitur? Vocabuli *Ζώπυρος* in *Σάτυρος* facilis erit permutatio (cfr. Welcker. syllog. epigr. p. 213). Ac Satyrus quidem, de quo cf. Muell. fr. histt. Gr. III p. 159, Plinio teste iuxta cum Hermippo et Antigono Carystio vitarum scriptor nobilissimus inque deliciis omnibus habitus haud scio an h. l. a Didymo non sit praetermissus. *Ἐν Θρᾴκῃ* emendo in *ἄνθρακι* 'carbunculo' coll. Poll. *Δ* 192 p. 188 Bekk. *ἄνθραξ ἐσχάρα ὑποπέλιδνος ἢ λευκὴ ἢ ὕπωχρος φλύκταιναν ἔχουσα καὶ ἐρύθημα καὶ ἀλγηδόνα σύντονον.* Morbo consumptum esse Thucydidem etiam anonym. vit. §. 9 (Marcell. §. 44) affirmat. Neque mirum si tale quid Satyrus tradidit, qui in opere *περὶ βίων* inscripto tantum abfuit ut vulgarem famam sequeretur, ut rumores quosque vanissimos ac pene incredibiles summa credulitate arriperet. Restat, ut enucleemus quid sit *τοῦτον*? Hoc igitur ut assequare, ne-

cesse est ante omnia enunciatum *ἐγὼ δὲ — αὐτόν* e §. 33 expellatur reducaturque in locum suum post v. *προθεσμίαν* §. 34. Habes pravitatis originem emendandique rationem detectam. 'Thucydides, inquit Marcellinus, annum aetatis quinquagesimum egressus, opere historico ad finem nondum perducto, discessit e vita.' Ab aliis alios ei aetatis terminos statutos esse verosimile est, e quibus, ni fallor, Satyrum nostrum testem produxit vitae longius productae. Lege igitur *ἐγὼ δὲ Σάτυρον ληρεῖν νομίζω ἑξηκοντούτη ἄνθρακι τετελευτηκέναι.* Nunc demum explicationem habet, quod v. *ληρεῖν* utitur scriptor de Thucydidis annis in alia omnia discedens. Rectius etiam nulloque obstaculo impedita procedit oratio in praecedentibus *καὶ καταγιγνώσκειν τὴν εὐήθειαν ἔφη —· τὸ δ' ἐν Ἰταλίᾳ — μὴ σφόδρα καταγέλαστον ᾖ.* — Quae cum ita sint, non vereor ne cui audacius agere videar, si, quam bis aptissimam reperimus enunciatorum transpositionem, tertio etiam loco quoad fieri possit sanando tanquam certissimam medelam admoverim. Supra diximus verba *τὴν πολλὴν περιουσίαν* nescimus quo casu intra §. 14 limites immigrasse, quamquam Doxopatro teste ab Olori mentione malo divulsa. Quae verba quo loco expulsa sint, cum caput 2 etiam luxatissimum sit, haud facile cum specie quadam probabilitatis divinaveris; licebit tamen hariolari. Fortasse e scriptoris consilio a participio *ἔχοντος* (§. 2) pendebant '*Θουκυδίδης — Ὀλόρου — προῆλθε πατρός, τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντος ἀπὸ Ὀλόρου τοῦ Θρᾳκῶν βασιλέως καὶ τὴν πολλὴν περιουσίαν καὶ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης κτήματα καὶ τὰ ἐν Σκαπτησύλῃ μέταλλα χρυσᾶ* (Doxop. *καὶ τὸν ἐν Θρᾴκῃ πλοῦτον πολὺν καὶ περιουσίαν*), *καὶ μητρὸς Ἡγησιπύλης, ἀπέγγονος δὲ κτέ.*' Verba quoque *παρέσχε δ' ἡμῖν τὴν ἄλλως ζήτησιν κτέ.* e §. 1 in §. 14 irrepsisse videntur. Iungo *φρονοῦσι καλῶς. παρέσχε δέ κτλ.* At ne sic quidem vitae initium sine offensione legitur. Quis enim est, qui ab auctore tantum non plane insulso profecta esse credat *ἀπέγγονος τῶν εὐδοκίμων στρατηγῶν κτέ. ᾠκείωτο γὰρ — Μιλτιάδην τὸν στρατηγόν?* Quis unquam dixit: Thucydides e posteris fuit Miltiadis; originem enim a Mil-

tiade repetiit? Possis quidem ex his angustiis rescripto *ἐκ πλαγίου* pro *ἐκ παλαιοῦ* te extricare; sed nequo *ᾠκείωτο πρὸς τὸν δεῖνα* Graecum est. Deinde praetermitti non debet, quod Didymus altero loco, quo nobilissimorum Thucydidis proavorum meminit (schol. Pind. Nem. II 19), *ᾠκείωτο* non agnoscit, sed eodem atque Doxopater dicendi genere utitur *εἰς Αἴαντα ἀνέφερε τὸ γένος*, ibidemque Aiacis posteros enumerans Cimonem inter et Thucydidem Alcibiadem inserit. Quom errorem Didymo imputare non ausim. Alcibiadis enim *πρόγονοι* Alcmaeonidae fuerunt (Sopater in Walz. rh. V p. 10). Inde subnata mihi suspicio est scholiastam Pindari pro *καὶ Ἀλκιβιάδης* voluisse *οἱ Λακκιάδαι*, quamvis propensior sim ad credendum mala quadam fortuna subductum nobis una cum vera lectione nomen illius viri esse, qui Miltiadem et Thucydidem cognationis vinculis coniunxerit. Atque simile quoddam detrimentum verba *ᾠκείωτο γὰρ — τὸν Διός* cepisse videntur: '*ᾠκείωτο γὰρ [ἐκ παλαιοῦ] τῷ μὲν . . . . πρὸς Μιλτιάδην, τῷ δὲ Μιλτιάδῃ πρὸς Αἰακὸν τὸν Διός.*' (? *τῷ γονεῖ*, vel *τοῖν γονεῖν* pro *τῷ γένει*.) Verum tamen ne haec quidem emendandi ratio admitti potest, quod cum linguae legibus repugnat, tum stemmati adaptari nequit.

Itaque fuit cum nodum gladio solvere vellem resectis ulcerosis: '*οὕτως αὐχεῖ τὸ γένος ὁ συγγραφεὺς ἄνωθεν. ᾠκείωτο δὲ* (sic vulg.) *ἐκ παλαιοῦ τῷ γένει πρὸς Αἰακὸν τὸν Διός.*' Sed postea vidi, eandem sententiam, scholiasta Pindari Doxopatroque adhibitis, verbis dubiis lenioribus artibus inflari posse. 'Thucydides, sic vitae enarrationem orditur Marcellinus, Oloro natus est, qui cognomini Thraciae regulo et nomen et divitias suas debebat, ex Hegesipyla matre; idemque pronepos fuit Miltiadis Cimonisque, clarissimorum imperatorum.' Abhinc orationem his fere verbis continuasse Marcellinum consentaneum est: 'Maioribus vero editus est Aeacidis. Thucydides enim, ut diximus (vel: ut vetusta fama fert), Miltiadis, hic vero Aeaci, Aeacus Iovis fuit progenies. His atavis gloriatur historicus noster. Atque huius rei Didymus auctor est Pherecydi testimonium denuncians.' Fortasse igitur haec

sic scripta reliquit Marcellinus: — *ἀπέγγονος δὲ τῶν εὐδοκιμωτάτων στρατηγῶν, λέγω δὴ τῶν περὶ Μιλτιάδην καὶ Κίμωνα· (ἀνέφερε δὲ εἰς Αἰακὸν τὸ γένος)· ᾠκείωτο γὰρ ἐκ παλαιοῦ (λόγου) τῷ γένει πρὸς Μιλτιάδην τὸν στρατηγόν, τῷ δὲ Μιλτιάδῃ πρὸς Αἰακὸν τὸν Διός. οὕτως αὐχεῖ τὸ γένος ὁ συγγραφεὺς ἄνωθεν. καὶ τούτοις Δίδυμος μαρτυρεῖ.*

Recurrit quidem in hac quoque loci restitutione inusitata illa, quam modo furca expulimus, constructio *ᾠκείωτο πρός τινα*, sed fortasse ea Marcellino scriptori sequioris aetatis condonanda erit; nos hoc in lucro ponimus, quod particula *γάρ* post *ᾠκείωτο* obvia, a vulgata lectione in *δέ* emendata, non amplius sententiam pessumdat, tum quod *ἐκ παλαιοῦ λόγου* optimum sensum praebet, postremo quod Didymus noster haud plura contestari videtur, quam re vera contestatus est, Aeaci, inquam, Miltiadisque cognationem. En tibi promissam Thucydidis genealogiam.




Quod quidem stemma accuratiore quadam interpretatione vix eget. Thucydidis Halimusii pater et ipse Halimusius fuerit necesse est. Qui cum a proavo Thracio Olori nomen acceperit, fieri nequit ut filius natu maximus fuerit, sed absque dubio fratrem quendam maiorem habuit, cuius quidem nomen Atticum ignoramus. Per se patet patrem huius Olori indigenam Atheniensem e demo Halimunte fuisse, cui haud scio an Thucydidis vel Timo-

thei nomen inditum fuerit, inque matrimonium duxisse uxorem e prosapia Olori Thraciae regis, h. e. filiam Miltiadis et Hegesipyles, Cimonis sororem maiorem natu. Constat enim Miltiadi Hegesipylen nupsisse a. 515/4, Cimonem vero ante a. 504 lucem non vidisse. Atque filiolae huius, ni fallor, Marcellinus §. 12 meminit, vocabulo *παιδίον* usus, quod de Cimone non potest intellegi. Itaque Thucydides re vera *ἀπέγγονος* est Miltiadis, quemadmodum Doxopater tradidit minus considerate *καὶ Κίμωνος* adiciens; fallunturque quibus vel *υἱδοῦς* vel *θυγατριδοῦς* vel *ἀπόγονος* audit Thucydides. Quod si lectoribus probavimus, mater eius, siquidem ei Hegesipyles nomen erat, haud dubie Cimonis ex Elpinice sorore filia fuit, nomenque Thracium ab ava accepit. Simul hinc lucem acceperit quod narrat Plutarch. Cim. c. 4, Thucydidem in Cimonio agro prope Elpinicen sepultum esse *παρὰ τὸν τῆς Ἐλπινίκης τῆς Κίμωνος ἀδελφῆς τάφον*. Ceterum alter etiam Thucydides, Melesiae filius, Cimonis gener dicitur schol. ad Aristid. III p. 446 ed. Dind. Plut. Pericl. c. XI, quamquam Thucydides Olori f. in suis historiarum libris, in quibus locis aliquammultis cognominis illius mentionem fecit, cognationis et necessitudinis vincula non commemorat, quae ipsum cum genere Cimonis coniungebant.

Haec hactenus. Plura quidem in promptu habeo emendandae et explicandae Marcellini Thucydidis vitae (maximam, si quid video, partem ex Asclepio sive Asclepiade sophista compilatae) aptissima, sed quae, quia ad Didymum parum pertinent, prudens omitto. Unum addo, ne anonymi Thucydidis vita, a Westermanno perpolita, macula inquinetur nullo negotio abstergenda, §. 5 p. 201 W. legendum esse *εἰσὶ δὲ ὁ αἱ ἐφεξῆς μάχαι* (h. e. *τέσσαρες*) pro *εἰσὶ δὲ αἱ κτλ.* Simili modo in Athen. II p. 71 B *εἷς ὢν τῶν Ἀριστάρχου τοῦ γραμματικοῦ μαθητῶν* fortasse legendum est: *μ μαθητῶν*, coll. Suid. (Aristid. vit. ap. Westerm. p. 323, 32 *λ λέγειν στίχους*).

7.

Didymi commentarios in Thucydidem nusquam rela-

tos legimus; etiam in scholiis Thucydideis superstitibus nullum Didymi vestigium conspicitur, dum aliorum eius interpretum mentio inicitur, ut Antylli III 95 IV 19. 28 Asclepiadis I 56 Phoebammonis I 53' sunt verba Fr. Ritteri in Didym. opusc. p. 7. Ammonius tamen de diff. p. 131 eiusdem commentarios in Thucydidem novisse videri potest, cum dicit *συμμαχεῖν καὶ ἐπιμαχεῖν διαφέρει. συμμαχεῖν μὲν γὰρ λέγουσι τὸ σὺν ἑαυτοῖς, φησὶ Δίδυμος, εἶτ' αὐτοὶ ἐπίοιεν πολεμίοις, εἶθ' ἕτεροι ἐπιστρατεύοιεν, ἐπιμαχεῖν* (*δὲ*), *ὅταν τοὺς ἐπιόντας ἀμύνωνται μόνον. διέσταλκε Θουκυδίδης ἐν τῇ πρώτῃ λέγων· 'Κερκυραίοις Ἀθηναίους συμμαχίαν μὲν οὐ ποιήσασθαι, ἐπιμαχίαν δέ.'* Locus Thucydidis exstat l. I c. 44, cf. Duker. l. c. p. 33 l. 33 Valck. Ammon. l. c. Poppo Xen. Cyr. III 2, 23.

# III.

# OPUSCULA GRAMMATICA.

## 1.

### *Περὶ ὀρθογραφίας.*

Suidas vol. I 1 p. 1330 ed. Bernh. haec tradens *Δίδυμος ὁ νέος, Ἀλεξανδρεύς, γραμματικός, ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ. ἔγραψε πιθανά, περὶ ὀρθογραφίας καὶ ἄλλα πλεῖστα καὶ ἄριστα* nescio quem Didymum iuniorem in tabulas grammaticorum retulit, qui vereor ne nunquam vixerit. Ut enim editoris Haleusis verba mea faciam, quis dubitet *ἄλλα πλεῖστα καὶ ἄριστα* Aristarcheo laudatissimo vindicare? Accedit quod Eudocia nescit *ἄλλα πλεῖστα καὶ ἄριστα*. Deinde *πιθανά* non ignobilis cuiusdam ignotique hominis fuisse, sed illustrioris grammatici fidem facit, quod inter Apollonii Dyscoli opera comparent ap. Suid. I 1 p. 627 *περὶ τῶν πιθανῶν Διδύμου*, quod Bernhardyum fugit, cum *πιθανά* philosophi esse moneret Didymi Arei[1]), non item fugit Fabricii aciem BG. II 3 §. 2 vol. I. p. 286. Hinc efficitur, ut proscriptis aut ab hoc loco remotis verbis, quae offensioni sunt *Δίδυμος ὁ νέος Ἀλεξανδρεύς, γραμματικός*, statuamus quae praecedunt *ὑπὲρ τὰ γφ' βιβλία* arctissimo vinculo liganda esse cum sequentibus *ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ, ἔγραψε . . . . . πιθανά, περὶ ὀρθογραφίας* [*περὶ γεωγραφίας* Paris. Brequingy. p. 16] *καὶ*

1) Suid. *Δίδυμος Ἀρείος* (sic pro codd. scriptura *Ἀττήιος ἢ Ἄττιος* ex Euseb. P. E. XV 15 rescribunt Ions. Reines. Bernh.) *φιλόσοφος Ἀκαδημαικός. πιθανῶν καὶ σοφισμάτων λύσεις ἐν βιβλίοις β' καὶ ἄλλα πολλά.*

ἄλλα πλεῖστα καὶ ἄριστα. Scripsit igitur noster περὶ ὀρθογραφίας.

Habet quidem etiam lectio περὶ γεωγραφίας quo se muniat atque commendet e. g. Steph. Byz. 32, 17 West. Δίδυμος δὲ παρατίθεται χρῆσιν ἐξ Ἐρατοσθένους τὸ Ἀλεξανδρίτης (vide praeterea quae infra dicturi sumus), sed primum tenuiora sunt studiorum Didymi in geographia positorum vestigia, quam ut Parisini codicis lectionem vulgatae praeferre ausim. Deinde lectio γεωγραφίας fortasse nata ex γεωργίας, ut Δ. ὁ νέος sit Alexandrinus ille, qui sexcenties laudatur in Geoponicis. Auctorum, qui περὶ ὀρθογραφίας libros suos inscripserunt, Arthurus de Velsen in Tryphon. fr. collect. p. 56 sq. recensum exhibet, e quibus nostrum, quem commemoratione dignum non habuit, aetate fortasse antecessit unus Draco Stratonicenus (Suid. I 1 p. 1456), fere attigit Tyrannio (Suid.), reliqui exceperunt, Trypho Suid. Cram. an. Oxx. II p. 72, 10 Lehrs. Arist. p. 341 Orus Milesius pertinax Didymi adversarius, quo de cf. Ritschel. p. 36 et 44 sqq. Apollonius Dyscolus (de constr. or. III p. 270) Herodianus et. m. 292, 56 π. μον. λεξ. 23. 25=p. 79 L. Lehrs. anall. gramm. p. 418 Choeroboscus Charax (cod. Taurin. CCLXI fol. 74 teste Peyrone ad et. m. p. 1069) Eudaemo et. m. 457, 12 Soteridas Hyperechius (Suid.) Arcadius Theognostus ap. Bachm. anecdd. Gr. 56, 25 [1]). Quibus capitibus orthographicorum praeceptorum maxima pars comprehendi solita sit, docet Ritschel. de Oro p. 36. 44. Circumscripserunt enim veteres grammatici libellos suos orthographicos plerumque his finibus, ut primum in iudicanda αι et ε scriptura versarentur, deinde altera quadam parte copiosiore scripturas ει et ι, η et ι, tertia οι et υ persequerentur, quarta denique de ι subscripto singulari industria quaererent. Quibus quaestionibus tam affines in libris περὶ σχημάτων attigerunt (cf. Arth. de Velsen Tryphon. fr. p. 90 sqq.), ut haereamus inter-

1) Non ex omni parte verum est quod asserit Cassiodorus inst. praef. 'orthographia apud Graecos plerumque sine ambiguitate probatur expressa.'

dum, utri potissimum libro unum alterumve fragmentum iure assignemus. Fragmenta orthographiae Didymi, quae reperiri potuerunt, haec sunt:

1.

Choerobosc. ap. Cram. anecdd. Ox. II p. 290 *βείδιοι λέγονται οἱ ἄρχοντες παρὰ Λακεδαιμονίοις. βειέλοπες οἱ λεγόμενοι ἱμάντες* (cod. *λέγονται οἱ μάνται*). *τοῦτο ὁ Ὦρος* (cod. *τὸ ὅρος*) *διὰ τοῦ ι.* — Hesych. I p. 714 *βειέλοπες· ἱμάντες, οἷς ἀναδοῦσι Λακεδαιμόνιοι τοὺς νικηφόρους.* Adde Suid. s. v. Eustath. p. 1453, 10 Zonar. p. 382. Altera voce caret Hesychius, receperunt ipsam Suid. Eustath. 1453, 11, vid. Paus. III 11, 2 Boeckh. C. I. I p. 609 O. Mueller. Dor. II p. 128. 314. 542. De *βειέλοπες* digna est quae conferatur docta Lobeckii adnotatio technol. p. 117 not. 17 p. 118 not., ubi desideratur *ταυληρόντα ἱμάντα. Ἡρακλέων* (Hesych.) fortasse corruptum, et Syracusanorum *εἴελος*, quode multus est Pierso ad Moer. p. 196 = p. 145 Lps. (schol. Ar. Ach. 581).

2.

Et. m. 137, 1 *Ἀργειφόντης· — Δίδυμος δὲ διὰ τοῦ ι γράφει. λέγει γάρ· ὥσπερ ἀπὸ τοῦ αρι ἐπιτατικοῦ [μορίου] γίγνεται ἀρίδεικτος οὕτω τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἀπὸ τοῦ αρι γίγνεται ἀριφόντης καὶ πλεονασμοῦ τοῦ γ ἀργιφόντης.* Cram. anecdd. Par. IV 179, 29 *Ἀργειφόντης. παρὰ τὸ ἐναργεῖς τὰς φαντασίας ποιεῖν, ὥς φασιν Ἀλεξίων Ἀρχίας καὶ Ἀρίσταρχος. ἢ ἀριφόντης ὁ μεγάλα φανταζόμενος. ὡς Δίδυμος καὶ Τρύφων.* Hinc suppleas fr. ap. Cram. anecdd. Par. IV 61, 1. Aristarchi igitur verba fortasse leguntur schol. p. 629b, 35 Bekk. (Ω 23) et. Gud. p. 73, 28 *Ἀργειφόντης* (leg. *Ἀργιφ.*) *ὁ μεγάλως φανταζόμενος τοῖς ὀνείροις, ὡς Δίδυμος καὶ Τρύφων.* Verum neque Plato vidit in Cratylo p. 403 B, unde lux effulget Hesychio s. v., neque vidisse putandi sunt quotquot stipat Velsen. l. c. p. 92 praeter Pausaniam Eustath. p. 183, 12 Cram. anecdd. Par. IV 60, 21 (qui Pythonem draconem appellat) coll. Achaei tragici fr. 11 ed. Ulrichs. *'Ἄργην ἔπεφνε'*.

Apud Homerum legendum esse apparet *'ΑργεΓιφόντης* [cf. *'Αρείφατος*, *'Αρειμανής*, *'Αρειθύσανος*], respicique fabulam ab Apollodoro I 6, 3 vol. I p. 23 Heyn. narratam *καὶ κατέστησε* [*φύλακα* add. Faber.] *Δελφύνην δράκαιναν· ἡμίθηρ δὲ ἦν αὕτη ἡ κόρη. Ἑρμῆς δὲ καὶ Αἰγίπαν ἐκκλέψαντες τὰ νεῦρα ἥρμοσαν τῷ Διὶ λαθόντες.* In epitheto vero *διάκτορος* haud scio an *Δι* (*ός*), Iovis, mentio lateat, sive interpretari malis *τὸν Διὸς ἄκτορα* sive *τὸν Διὸς ἀκέστορα*. — De *γ* epenthetico disputavi p. 317. 318 in comment. II ea particula, quae hypomnemata rhetorica (Aeschin. c. Ctes. §. 107 Harp. *Κραυγαλίδαι*) continet.

3.

Et. m. 372, 29 (et. Gud. 215, 32) *ἐρείπω· καὶ λέγει ὁ Δίδυμος, ὅτι διὰ τοῦ ι ὤφειλε γράφεσθαι, ἐπειδὴ παρὰ τὸ ἐρίπνη ἐστίν, ὅπερ σημαίνει τὴν μεγάλως περιπνειομένην. τὸ δὲ ἐρίπνη διὰ τοῦ ι παρὰ τὴν ερι ἐπίτασιν.* Philoxenus et Herodianus *ἐρείπω* praetulerunt. Attuli hunc locum in commentatione de Didymi lexi tragica p. 100, ubi schol. ad Soph. Ai. 308 coll. Hesych. I p. 1432 nostro vindicare studui. Scholii auctor quoque mordicus tenet scripturam *ἐριπίοις*, quamquam interpretatur *τὰ ἐπὶ τὴν ἔραν πίπτοντα* (Eustath. 1280, 33), quod Philoxeni erat veriloquium.

4.

Cyrillus cod. Bodl. auct. II 11 n. 6 apud Cram. anecdd. Par. IV p. 188, 32 *Ποσειδῶν· οὕτω Δίδυμος καὶ Τρύφων ἀπὸ τῆς πόσεως, 'Αλεξίων δὲ καὶ 'Απολλώνιος διὰ τοῦ ι παρὰ τὴν ποσίν* (Cr. *πόσιν*) *δοτικήν.*

Cf. Nauck. Arist. Byz. p. 230, 3 Velsen. l. c. p. 93, qui omisit schol. Ar. Acharn. 690 (682). Ed. Gerhardi opusculum, quod est '*Ueber Ursprung, Wesen und Geltung des Poseidon*' in Abh. d. Acad. d. Wiss. Berl. 1852 p. 150—198 doleo quod nancisci non potui.

5.

Et. Gud. 49, 39 et et. Angel. ap. Ritschel. p. V 5 (lect. catal. Bonn. 1846/47) *ἀμφιτρήη* (sic). *ἡ θάλασσα. ἀμφι-*

τρίτη δὲ ἡ πέτρα ἢ ποταμός. εἴρηται περὶ ῥέειν. εἴτε παρὰ τὸ τρεῖν. φόβον γὰρ ἐμποιεῖ τοῖς πλέουσιν. ὥς φησι Δίδυμος. ὤφειλε διὰ τῆς εἰς φ γράφεσθαι, εἶτα γὰρ παρὰ τὸ ῥεῖν εἴτε παρὰ τὸ τρεῖν. ὑπεβλήθη δὲ τῷ κανόν τῶν εἰς Ἢ θηλυκῶν, καὶ διὰ τοῦ η γρ.

Emendatio facilis est: bis certe scribendum videtur εἴτε παρῆκται παρὰ τὸ ῥεῖν, et pro εἰς φ voluit librarius ει διφθόγγου. Didymus igitur scripsit Ἀμφιτρήτη, cuius veriloquium recoquit Hesychius, quem vid. etiam s. v. τριτώ· ῥεῦμα, τρόμος, φόβος. Aliorum veriloquia enumerat Klopferus ad Nitsch. mythol. I p. 183. Futilissimum propinat schol. Odyss. γ 91.

6.

Cod. Vossian. et. m. 567, 40 a Gaisfordio p. 1611 not. allatus λιτός· ὁ πένης καὶ δημότης. ἢ ὁ ἐκ λιτανείας ζῶν. ἢ ὁ ἐπὶ τῆς γῆς κοιμώμενος. λιτὸς ὁ εὐτελὴς χιτὼν καὶ ἀποίκιλος. Δίδυμος παρὰ τὸ λεῖον αὐτὸ λέγει διὰ τῆς ει. ἡ δὲ παράδοσις διὰ τοῦ ι. τὰ διὰ τοῦ ιτος ἀποστρέφεται τὴν ει, σῖτος ἐπαφρόδιτος λῖτος, χωρὶς τοῦ κλειτός, ὁ ἔνδοξος καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ. Cf. Cram. anecdd. II 238, 14 Herodian. sive Arcad. de acc. p. 78, 10 79, 3—5 82, 10 ed. Barker.

Ex eiusdem de ι ἀνεκφωνήτῳ quaestionibus haec supersunt fragmenta:

7.

Et. m. 452, 30 θνήσκω· — ὁ Δίδυμος χωρὶς τοῦ ι, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἀρέσω μέλλοντος γίγνεται καὶ † μεθύσκω πλεονασμῷ τοῦ κ καὶ μετάγονται εἰς ἐνεστῶτα, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ μνῶ μνήσω καὶ θνῶ θνήσω γίγνεται θνήσκω καὶ μνήσκω καὶ οὐκ ἔχει τὸ ι. Cram. anecdd. Ox. I 196 τὸ μέντοι θνήσκω καὶ μιμνήσκω ὁ μὲν Δίδυμος ἄνευ τοῦ ι. ἡ μέντοι παράδοσις οὐκ ἐπείσθη αὐτοῖς, ἐπεὶ οἱ Αἰολεῖς θναίσκω καὶ μναίσκω λέγουσιν. Herodian. ad Hom. Il. Δ 799 A.

'Multae voces nunc carentes iota subscripto in codicibus cum illo reperiuntur. E. c. ζῷον[1]) pro ζῶον, v. Epist.

1) Hoc praecipit Herodianus Arcadii p. 122, 2 ed. Bark. Lps.

p. 82 et Wagner. ad Alciphron. III 9 [2 vol. II p. 39]: *λάθρᾳ κρύφᾳ* (tab. I num. 13) pro *λάθρα κρύφα*, v. ibid. p. 200: *σῷζω θνῇσκω* pro *σώζω θνήσκω*, v. Append. p. 31 sq.' Bast. comm. pal. p. 719. Add. Piers. ad Moer. Attic. p. 300 Lobeck. rhemat. p. 327 Schneider. ad Platon. Civit. I 334 A vol. I p. 60 P. Tzschirner. de Gr. nomin. in *Ω* exeunt. p. 5 *Ἀθηνῶι*. Codicem Mediceum Aeschyli Choeph. v. 315 *θνῇσκων* exhibere Franzius p. 370 affirmat.

8.

Cram. anecdd. Ox. I 203 *θρώισκω· — Δίδυμος δὲ χωρὶς τοῦ ἰῶτα· ἀπὸ γὰρ τοῦ θορήσω μέλλοντός φησιν γεγενῆσθαι· ὡς τρώσω τρώσκω καὶ διπλασιασμῷ τιτρώσκω, οὕτω θωρήσω* (l. *θορήσω*) *θρῴσκω συγκοπῆς γενομένης τοῦ ι* (l. *η*) *καὶ μεταβολῇ*.

Huic scripturae Didymo improbatae obsequitur cod. Medic. Aeschyl. Choeph. 813 teste Franzio p. 387. — Non ignoro tamen referri haec etiam ad commentarios posse, cf. *θρώσκω γνώμᾳ* Boeckh. Pind. scholl. praef. p. XIII et fr. 290 R. Schmidt. Callistr. p. 24 = 330.

9.

Et. m. 741, 25 *σώζω· — τὸ σώζω χωρὶς τοῦ ι λέγει Δίδυμος· ὥσπερ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἕω τὸ κάθημαι γίγνεται ἕζω, οὕτω ἀπὸ τοῦ σώω τὸ ὑγιαίνω γίγνεται σώζω πλεονασμῷ τοῦ ζ . . . .* I 43 *τὸ δὲ σῷος* (*ἔλεγεν ὁ Δίδυμος*) *διὰ τοῦ ι γράφεται, ὡς ἀπὸ τοῦ ὁ σῶς τοῦ σῶ. τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ εἰς ως διὰ τοῦ ωος σὺν τῷ ι, Μίνως Μινῷος, ἥρως ἡρῷος, οὕτω σῶς σῷος*, cf. Zonar. s. v. Phavorin. p. 1726, 11. 30 Philem. lex. techn. p. 147 Osann.

*σώιζειν* haud inauditum in inscriptionibus, v. Keil. anall. epigr. p. 115 idem in Philol. VIII 1 p. 177. Apud Aeschylum in Eumen. 232 cod. Medic. exhibet *σώιζων* teste Franzio p. 402. Eidem scribendi mori obtemperat e. g. cod. Lucian. Vindob. 123 (B), ut vol. I p. 287 R. II p. 163 R., cod. Palat. Marcellin. vit. Thucyd. §. 56 Westerm. p. 199, 62. — Ceterum non inepte ex h. l. concludit Gust. Wolffius de scholl. Soph. Laur. p. 18 a nostro profectum

esse schol. Soph. OC. 1210 σῶν ἀντὶ τοῦ σῶιον [schol. Odyss. κ 268 σῶν· Ἀρίσταρχος ἀντὶ τοῦ σῶον].

10.

Choerobosc. ap. et. m. 230, 4 γήδιον· τριῶν ὄντων τῶν πρωτοτύπων γῆ καὶ γαῖα καὶ γέα, ἐκ ποίου τούτων γέγονε τὸ γήδιον; λέγει δὲ ὁ Δίδυμος, ὅτι ἐστὶ γέα διὰ τοῦ ε. καὶ ἐπειδή, ἡνίκα ἡ τελευταία συλλαβὴ τῆς γενικῆς τοῦ πρωτοτύπου ἀπὸ φωνήεντος ἄρχεται καὶ παραλήγει τῷ ε τὸ ο (? ἢ τῷ ο), τότε γίνεται διὰ τοῦ διον ἡ παραγωγὴ καὶ προσέρχεται κατὰ τὴν παραλήγουσαν τὸ ι. οἷον πράξεως πραξείδιον, λέξεως λεξείδιον, βοῦς βοός βοΐδιον, νοῦς νοός νοίδιον, οὕτως οὖν γέα γείδιον διὰ τῆς ει διφθόγγου καὶ κατ' ἔκτασιν Ἀττικὴν τοῦ ε εἰς η γῄδιον διὰ τοῦ η καὶ ι, ὥσπερ εἰκάζω ἤκαζον καὶ εἴδειν ἤδειν.

11.

Eustath. Il. Ε 352 p. 1146, 58 Φιλήμων δὲ τὸ λῄδιον ἑρμηνεύσας εὐτελὲς τριβώνιον ἢ χλαμύδιον παλαιὸν παροξύνει αὐτὸ ὡς τὸ σταμνίον. φησὶ γάρ, ὡς σταμνίον δὲ τὴν προσῳδίαν λέγω. Δίδυμος δὲ καὶ αὐτὸς οὕτω δοξάζων φησί, ὡς ἄλογός ἐστιν ἡ προπαροξύτονος τάσις τοῦ λῄδιον, ἐπεὶ αἱ διὰ τοῦ ιον παραγωγαί, εἰ μὲν ὦσιν ἐν τρισὶ βραχείαις, προπαροξύνονται, θρόνος θρόνου θρόνιον, πτύξ πτυχός πτύχιον, εἰ δὲ δακτυλικαὶ πρὸ μιᾶς ἔχουσι τὸν τόνον, οἷον ψωμίον, ὠτίον, ἔτι δὲ καὶ κλειδίον, παιδίον, δαδίον, οὐ διὰ τὸ διον ὄντα οὐδὲ ταῦτα, ἀλλὰ διὰ τοῦ ιον. τὸ γὰρ ο τοῦ πρωτοτύπου ἐστίν. εἰ οὖν, φησίν, ἐν τῷ λῄδιον δακτυλικὴ ἡ λέξις, δῆλον ὡς πρὸ μιᾶς ὤφειλεν ἔχειν τὸν τόνον. καὶ οὕτω παροξύνεσθαι θελήσας τὸ ΛΗΙΔΙΟΝ ὁ Δίδυμος ἀποστερεῖ αὐτὸ καὶ τοῦ κατὰ τὴν παράδοσιν προσγεγραμμένου ι. ἐπεί, φησί, λῆδος τὸ πρωτότυπον, ὃ Δωριεῖς λᾶδός φασίν, ὡς Ἀλκμάν· λᾶδος εἱμένα καλόν (fr. 88 Bergk.), ὅ ἐστι· ληδίον ἐνδεδυμένη εὐειδές. ἀπὸ γοῦν τοῦ λῆδος, φησί, μὴ ἔχοντος τὸ ι γεγονὸς τὸ ληδίον οὐδ' ἂν αὐτὸ ἔχοι τὸ ι.

Hoc fragmentum, cum ἰῶτα προσγεγραμμένου caussa agatur, non dubitavi huc admittere, quamquam aptiorem ci

fortasse locum in libro aliquo *περὶ σχημάτων* composito assignaveris. Vid. Velsen. l. l. p. 95. — Nostrum sequitur Herodianus pros. cathol. l. XIII ap. Arcad. de accent. p. 119, 8—15 ed. Bark. *τὰ διὰ τοῦ ιον τριβραχέα ὑποκοριστικὰ προπαροξύνεται, κτένιον, πτύχιον, πόδιον, θρόνιον. εἰ μέντοι ἡ πρώτη τούτων μακρὰ ὑπάρχοι, ὑπεσταλμένων τῶν διὰ τοῦ διον παρηγμένων, παροξύνεται, κλειδίον, παιδίον, δαιδίον. οὐ γὰρ διὰ τοῦ διον, ἀλλὰ διὰ τοῦ ιον. τὸ γὰρ δ τοῦ πρωτοτύπου ἐστίν. ἔτι σφητίον, χαρτίον*, [adde e Didymo *ψωμίον*] *ὠτίον κτέ.* Egregie vero hanc de prosodia diminutivorum nominum doctrinam tractat schol. Dionys. Thr. p. 793, 30 sq. Schaef. Greg. Cor. p. 28. Adde schol. Hom. *N* 71. — Ceterum vereor ut Didymus verum viderit. Atticos certe *ι* adscripsisse docet Aristoph. Avv. 715, neque ipsum Alcmanem, quem antestatur Didymus, hanc literam expulisse fidem facit Hesychius, ubi *λᾶδος* frustra quaesiveris, *λαῖδος* vero invenies vol. II p. 413 *λᾶιδος· λῆδος. τριβώνιον* Bachm. anecdd. I p. 290, 1. Vocabulo *λῃδίον* haud raro utitur Philostratus cf. G. Olear. ad VA. IV 19 p. 158, 7 VS. I 20 p. 513 Imag. II 18 p. 841 n. 14, qq. ll. codd. scriptura inter *λῃδίον ληιδίον λύδιον λίδιον* fluctuat. Philemo denique, quo Eustathius utitur, me iudice non est Aexonensis, quode cf. Meier. comm. Andoc. VI 3 p. VIII, sed Byzantius, qui versibus politicis scripsisse videtur. Et. m. 563, 32 pro *χλαμύδιον παλαιόν* praebet *χλανίδα παλαιάν.* Hinc duo nascuntur politici versus[1]) [*τὸ δ'*] *εὐτελὲς τριβώνιον ἢ παλαιὰν χλανίδα* [*λῃδίον*], *ὡς σταμνίον δὲ τὴν προσῳδίαν λέγω*, ut adnotavi in censura Tryphonis Velseniani in Muetzelli Ztschr. f. d. GW. 1854 p. 131.

1) Versus choliambicus latet in Eudocia p. 276 *φιλοδοξῶν γὰρ μόνον τοῦτον οὐχ ὅπλοις | ἀνεῖλεν, ἀλλὰ συμπλακεὶς ἀπέπνιξεν*, trimeter iambicus in Iulian. ep. XL p. 73 Heyl. *τίς ἂν* (?) *ἐμοῦ γένοιτ' ἂν ἀθλιώτερος*, ubi praestat me iudice *ἀντ' ἐμοῦ*, cf. Soph. Ai. 444 Ar. Nubb. 658 Iacobs. AP. p. 818.

## 2.

### *Περὶ παθῶν.*

Hoc opusculum e solis scholiis in Homerum Venetis innotuit, unde Herodianum id commentario instruxisse comperimus (cf. Lehrs. anall. gramm. p. 418), quae simul caussa fuisse videtur, ut hodieque praeter dubia nonnulla ab etymologis servata fragmenta cademque, ni fallor, ipsius Herodiani industria nostro obnoxia ad nos pervagata nihil fere ex hoc opere actatem tulerit. Accedit quod Herodianus Didymi nomen, quamvis ipsi plurima eum debere persuasum habeam, admodum raro apposuit, adeo ut Lehrs. de Arist. stud. p. 34 adnotaret hace: '*Fortasse debebat* (Herodianus) *saepius Didymum inspicere*'. Atquo inspectum ab ipso esse, ne dieam transscriptum, lueulentum supra exemplum unum e multis deprompsi fr. IX coll. Arcad. p. 119, 8—15. Alterum quaerentibus praebet schol. Aristoph. Eqq. 1158, ubi Herodiani nomine veneunt, quae Didymi verba esse in lexieo eomico pronuneiata fidem facit Hesychius s. v. *κημός*, cf. Arcad. 59, 14.

1.

Schol. Hom. *Γ* 272 et. m. 116, 51 *ἄωρτο· ἄρω ἐστὶ τὸ σημαντικὸν τοῦ ἁρμόζω, οὗ ὁ μέλλων* (et. m. add. *Αἰολικῶς*) *ἄρσω, ἀόριστος ἦρσα 'Θέτις ὤμοισιν ἐπῆρσεν'* (Il. *O* 167. 339) *ἀντὶ τοῦ ἐφήρμοσεν καὶ 'πώμασιν ἄρσον ἅπαντα'* (Odyss. *β* 353) *ἀντὶ τοῦ ἐφάρμοσον. τοῦ ἄρω ὁ παρακείμενος ἦρκα, ὁ παθητικὸς ἦρμαι, ὑπερσυντελικὸς ἤρμην, τὸ τρίτον ἦρτο, συστολῇ ἄρτο* (rectius et. m. *Ἰωνικῶς κατὰ συστολὴν ἄρτο*), *ἐπενθέσει τοῦ ω ἄωρτο* (et. m. add. *ὥσπερ εἴθα εἴωθα*). *οὕτως Ἡρῳδιανὸς ἐν τῷ β ποιήματι* (l. *ὑπομνήματι*, possis etiam *ποιηματίῳ*) *τῷ περὶ παθῶν Διδύμου*[1]).

1) Quid igitur? Credamusne Didymum etiam *ἄωρτο* ab *ἄρω τὸ ἁρμόζω* derivasse? Equidem hoc ut credam, quod non modo etymologus l. c. his pergat verbis *τινὲς δὲ λέγουσι τὸ ἐκρέματο*, sed etiam Hesych. *ἄωρτο. ἐκρέματο* suo loco, deinde loco non suo *ἄωρτο· παρήρτητο* habeat, idemque *ἔωρτο* b. e. *ἤορτο* formam primigenam recte explicet vocabulis *ἔδοξε, κρέμαται*, mihi imperare non possum. Video

2.

Schol. Hom. *Λ* 160 *κείν'· λέγει ὁ τεχνικὸς ἐν τῷ* (excidisse videtur *α*, cf. *P* 201) *ὑπομνήματι τοῦ περὶ παθῶν Διδύμου· τὰ ὀξύτονα ἡνίκα ἐκθλίβηται τὴν ὀξυνομένην συλλαβὴν καὶ ἐὰν ᾖ ἡ ἐκθλιβεῖσα συλλαβὴ ἡ ἔχουσα τὴν ὀξεῖαν βραχεῖα, ἡ δὲ ὀπίσω συλλαβὴ φύσει μακρά, τῷ τονικῷ παραγγέλματι γίγνεται περισπώμενον. περισπᾷ γοῦν τὸ δῆλον* (Heyn. *δεῖλ'*). *ἐν δὲ τῇ Ὁμηρικῇ προσῳδίᾳ ἐναντιοῦται τούτῳ.*

3.

Schol. *P* 201 *ζητεῖ ὁ Ἡρῳδιανὸς ἐν τῷ α ὑπομνήματι τοῦ περὶ παθῶν Διδύμου περὶ τοῦ ἆ δεῖλ', πῶς δεῖ τονίζειν αὐτό, καί φησι· πολὺ δὲ πρότερον παρὰ τῷ ποιητῇ ἐστι τὸ τῆς ἀναγνώσεως· 'ἆ δείλ' οὐδέ τί τοι θάνατος', ἢ 'ἆ δεῖλ' οὐδέτι τοι θάνατος'. τὸ γὰρ πλῆρές ἐστιν ἆ δειλέ. οὐ γάρ, ὡς οἱ ἐξηγησάμενοι, τοῦ δείλαιε ἀποκοπή. ἐν ἑτέροις γὰρ αὐτὸς λέγει 'ἆ δειλώ, τί νυ δάκρυ κατείβετον'* (*ψ* 86) *περιγέγραπται οὖν ἡ ὀξεῖα, εἶτα καὶ ἀνάπαυσις γέγονεν κτέ.* Cf. *Λ* 441, unde discimus Aristarchum *δειλέ* scripsisse *ἐκ πλήρους.*

Apparet hinc Didymum, ut qui statueret *δειλ'* apocope natum esse e *δείλαιε*, syllabam circumflexam pronunciasse. Cf. Matth. gr. Gr. I p. 86 §. 30.

Ex hoc *περὶ παθῶν* opere haud scio an profecerit Herodianus ap. et. m. 148, 8 *ἀρπεδόεσσα· ἡ ἄγαν πεδινὴ* (sic Sehleussnerus ad et. Gud. 762) *κατὰ συγκοπὴν παρὰ τὸ αρι συγκειμένη. πέπονθε δέ, ἵνα* (vulgo *ἵνα μή*) *σημαίνηται ἡ ἄγαν ὁμαλὴ ὁδός. ὁδοῦ γάρ ἐστιν ἐπίθετον. πέπονθε δὲ ὁμοίως τῷ ἐρθύρις Αἰολικῶς, ἐριθυρίς γὰρ ἡ μεγάλη θυρίς. οὕτως Ἡρῳδιανός, καὶ Δίδυμος, ὅτι ἄρπεδες, οὗ μέμνηται Νίκανδρος ἐν θηριακοῖς* (v. 420) *'κάρη γε μὲν ἄρπεδες αὕτως'· — ἀλλ' ὁ Νίκανδρος ἀντὶ ἐπιτάσεως μόνης δοκεῖ τὴν λέξιν παραλαμβάνειν.*

Fortasse rectius sublata punctuatione legitur *οὕτως Ἡρῳδιανὸς καὶ Δίδυμος* h. e. Didymus, cui calculum addit

Lobeckium etiam *ἄωρτο* ad *αἴρω ἀείρω* referre in rhemat. p. 224. — Loci non immemor erat Ritschel. de Oro §. 24 p. 60. 61.

Herodianus. — Hesych. I p. 548 ἀρπεδόεσσα· ἰσόπεδος, ὁμαλή. I p. 1442 ἐρπεδόσσα· ἐπίπεδος. I p. 548 ἀρπεδόεν· ὁμαλόν. I p. 548 ἀρπεδίσαι· ὁμαλίσαι, ἐδαφῆσαι. I p. 549 ἀρπίδες· ὁμαλά, καὶ κρηπῖδες ἢ ὑποδήματα Λάκωνες. I p. 1541 ἐφεδές· ἐπίπεδον, ταπεινόν, χαμαί.

Alia sciens praetermitto, e. g. Ἀφροδίτη et. m. Gud. Angel. s. v. Cram. anecdd. Ox. I 37, 31 βεῦδος et. m. 195, 49, ubi deinceps laudantur Didymus Herodianus Diogenianus, γείτων et. Gud. 122, 12 ὄχεσφιν et. m. 645, 2 ὦ τᾶν Apollon. II 569, 15 Bekk. reliqua, quae secundum literarum ordinem digesta caput V efficient inscriptum: 'Incertae vel dubiae sedis fragmenta.'

## 3.

### Περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας
sive
### De latinitate[1]).

Hoc opus a Frederico Ritschelio Didymo Chalcentero vindicari inde patet, quod in libello nitidissimo '*die alexandrinischen Bibliotheken*' p. 140 Heliodorum metricum apud Didymum Prisciani II p. 394 Kr. laudatum ex hoc ipso loco ante Augusti principatum vixisse concludit. Ab huius sententia discedit censor libri in annall. critt. Berol. 1838 P. II p. 821 sqq. God. Bernhardyus in Suida I 1 p. 1330, 1, qui suspicatur totum argumentum, quod gl. Δίδυμος ὁ Κλαύδιος contineatur, ad Didymum iuniorem pertinere, cuius memoriam his fere finibus circumscribit Δίδυμος ὁ Κλ. χρ. Ἀλ. γραμμ., ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ. ἔγραψε περὶ ὀρθογραφίας, περὶ τῶν ἡμαρτημένων κτλ. Claudium igitur Didymum περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας scripsisse arbitratur. Huic accinunt Meurs. gloss. Graec. v. δηνάριον, σεστέρτιον, Fabric. bibl. Gr. VII p. 57 Lersch. Sprachphil.

1) Cf. meam de Philoxeno dissertationem Philologo insertam IV 4 p. 666 sqq., in qua quae de aetate grammatici dixi non debebat sollicitare W. Ribbeck. de Zenodot. p. 5, qui, si Philoxeni et Timothei dithyrambographorum Cyclopis meminisset, de Philoxeni glossis Homericis h. l. non cogitasset. — Adde H. Planer. de Tyrannione p. 29. 30.

I p. 94. 143—5 Graefenh. Gesch. d. class. Philol. I p. 425. Ego ad utrum concedam haereo. — Ad Prisciani l. l. adnotat Lindemannus: 'Ac primum notandum ab initio ante vocem *Δίδυμος* legi in cod. has literas YK, deinde pro *περὶ τῆς* esse *ΠΕΡΙCΤΗC*, ante vocem *παρά* recurrere literam Y et post vocem *ἀναλογίας* rursum apparere Y, quod Putschius (perperam) pro numero libri habuit.' Haec ille. Litera ter adiecta Pythagorica Y quid sibi velit, docebit Villoiso diatr. p. 134 (2), sed K quid valeat non expiscor, nisi nota sit nominis *Κλαύδιος*[1]). Quod si ita est, Suidae glossa *Δίδυμος ὁ Κλαύδιος* depravationes perpessa esse non videtur. Et Claudius quidem Didymus, quem a musico et grammatico, Heraclidis filio, non esse diversum suspicatus sum in comment. IV part. 2 p. 13, apte poterat lectores ad Heliodorum metricum *ἐν τῷ περὶ μουσικῆς* amandare ap. Priscian. de fig. num. c. III §. 16. Sed Chalcentero hoc etiam opus vindicaturo favebunt grammaticorum aetate proximorum studia in eadem opera Graeca cum Romanis comparandi posita, Hypsicratis Seleuci Philoxeni Tyrannionis Apionis Irenaei sive Pacati Minucii Suetonii Tranquilli, quos recensui in dissert. de Seleuco Homerico p. 548. Accedit quod ap. Priscian. I p. 21 Kr. II p. 395 Kr. Didymus in Varronis consortium admissus est.

1.

Priscian. I p. 21 [I c. 4] Kr. 'Unde a plerisque ei (V) hoc nomen datur, quod apud Aeoles habuit olim digamma, id est *vau*, ab ipsius voce profectum, teste Varrone et Didymo, qui id ei nomen esse ostendunt. Pro quo Caesar hanc figuram ϝ scribi voluit. — Tortell. Aretin. de orthogr. fol. 4 'Habebant antiqui Aeoles literam hanc, quae, quia duplicis gamma figuram detinebat, ut nunc detinet, digamma a plerisque ex nostris cognominata fuit, a nonnullis vero sibi [?] hoc nomen datum fuit, quod apud Aeoles prius habebat, videlicet *vau*' et q. s.

Vid. Ritschel. de Varron. disciplin. libris p. 27. —

1) Cf. Roeper. in Zeitschr. f. AW. X 1852 p. 436. 437.

Claudius Didymus si librorum de latinitate auctor esset, quae de Claudii novamine disserit Priscianus ita narraret opinor, ut Didymum ipsum sequi appareret, qui imperatoris inventum praeterire silentio vix posset. Cf. Torrent. Casaub. Lips. ad Sueton. Claud. Caes. c. 41.

2.

Priscian. XI 1, 1 vol. 1 p. 515 Kr. 'Stoici enim quomodo articulum et pronomen unam partem orationis accipiebant, infinitum articulum vocantes, quem grammatici articulum, ei quoque adiungentes etiam infinita nomina vel relativa: quod etiam Didymus facit tractans de Latinitate.'

Cf. Apollon. de pron. p. 4 Bekk. Lersch. Sprachphil. II p. 41—43 R. Schmidt. Stoic. gramm. p. 39—42.

3.

Priscian. VIII 17 §. 96. 7 vol. I p. 429. 'Sciendum tamen, quod videmur in praeterito perfecto plerumque barytona quoque Graecorum imitari in commutatione consonantium, teste Didymo, qui ostendens omnia, quae habent in arte Graeci, habere etiam Latinos exemplis hoc probat. Nam, quum primam coniugationem dicunt barytonon, quae tres cognatas habet consonantes, id est *β π φ*, pro qua nos ph scribimus in plerisque et in omnibus huius coniugationis verbis per *ψ ἀόριστον* h. e. praeteritum infinitum spatio temporis utrum paulo ante an multo sit perfectum, ut *κρύβω* (unde *κρύπτω*, hoc 2 em. codd., quod prob.) *ἔκρυψα*, *λείπω ἔλειψα*, *ἀλείφω ἤλειψα*, nos quoque in praeterito perfecto — —, cum in praesenti in *bo* vel *po* desinat verbum, plerumque in *psi* facimus praeteritum perfectum in tertia coniugatione, ut scribo scripsi, nubo nupsi, scalpo scalpsi, repo repsi' et q. s.

Tractavi hunc locum in comment. de Dionysio Thrace. Cf. Bekk. anecdd. II p. 638, 30 sqq. Timoth. Gazae. *περὶ συντάξ.* ap. Cram. AP. IV p. 242, 27 — 243, 3 Macrob. de societate Graeci Latinique verbi p. 796 ed. Zeun.

4.

Priscian. de fig. num. 2 §. 9 vol. II p. 390 'Sestertius

olim dupondius et semis, id est duo librae et semis, quasi semistertius, quo tempore denarius decussis valebat, hoc est: post duos sequens tertio loco est semis. Hoc quoque secundum Atticos et Ionas, qui *ἥμισυ τρίτον* dicebant pro *δύο ἥμισυ* teste etiam Didymo, qui hoc ponit ostendens in omni parte orationis et constructionis analogiam Graecorum secutos esse Romanos, unde et Herodotus in I historiarum (§. 50) *ἐποιεῖτο — ἡμιτάλαντον. ἰδοὺ δὴ οὖν* (sic Lindemannus; cod. *ΕΙΔΟΥ ΔΙΟΝΙΠΟΝ·*) *εἰπὼν δέκα ταλάντων γεγενῆσθαι τὸν λέοντα*[1]) *καταλέγει ἔχειν ἕβδομον ἡμιτάλαντον, τουτέστιν ἓξ ἡμιτάλαντα*"[2]).

5.

Priscian. de figg. numer. III 16 vol. II p. 395 post locum e libro Varronis de lingua latina quinto (p. 47 ed.

1) Scr. *κᾶτα λέγει*. Atque *κᾶτα* pro *καί* Menandro etiam in scholl. Hippocr. ed. Daremberg. v. *ὀδαξυσμοί* restituendum esse video *κᾶτα τὸν ῥύπον | λίχνος πιὼν ἠδάξαθ' ὥστε μὴ πιεῖν. Λίρων* non expedio; *τὸ μὴ τὰς τρίχας* nescio utrum *τομὴν τριχός* an sit *τμητὰς τρίχας*.

2) Qui paulo post eadem pagina laudatur Dardanus, haud dubie idem est atque *Δαρδάνιος ἐν τῷ περὶ σταθμῶν*, cui testimonium denunciat Laurentius Lydus de mens. p. 62 ed. N. Schow. Cuius loci si memor fuisset F. Osannus, cum praefaretur ad Apulei. orthogr. p. XVIII not. 2, non expulisset Dardanum locoque cedere Didymo iussisset. Iterum eum antestatur Priscian. II p. 393. Ac fortasse ap. Suid. s. v. *Ἀριστόδημος* pro *Δανᾶον* (E., Bernhardyus *Διογενιανόν*) legendum est *Δάρδανον*. Alios Dardanos habes ap. Cicer. Acad. IV et Philostrat. V 5. 2 p. 567. — *Περὶ σταθμῶν* Diodorus etiam disputavit teste Diogeniano ap. schol. BL. Hom. Il. p. 167 a Bekk. (*ἐκ τῶν Διογενιανοῦ τῆς ἐπιτομῆς Ἑλληνικῶν ὀνομάτων.*) Diogeniani libri inscriptionem cognoscimus e Montofalconii diario Italico p. 214 *ἐκ τῶν Διογενιανοῦ τῆς ἐπιτομῆς τῶν Ουσηστίνου* (sic) *ἑλληνικῶν ὀὀ*. Falitur enim Rank. Hesych. p. 66. 128. 143, qui *ἐκ τοῦ* scripsit, neglexitque siglam *ὀὀ*. Voluit nempe scriba $\overset{\nu\,\nu}{OO}$ h. e. *ὀνομάτων*. Cf. Bast. Comm. pal. p. 827, nisi, quod suspicetur aliquis, notam $\overset{o\,o}{NN}$ h. e. *νομισμάτων* perperam intellexit ac pro $\overset{\nu\,\nu}{OO}$ habuit. Fortasse Vestinus etiam de numis scripsit. Ceterum Pamphilo ab ipso Vestino breviato haud scio an usus sit auctor synagoges Bachmanni, quem Methodium esse suspicor (medicum) ab etymologo saepissime in *α*, semel a Tzetza schol. Lyc. 1050 p. 919, 9 laudatum.

Bip.) excerptum his pergit verbis: 'Didymus etiam ea confirmat. *Δίδυμος ἐν τῷ περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας. Ἴωνες καὶ Ἀττικοὶ τὰ δύο ἥμισυ ἥμισυ τρίτον φασίν. καὶ τὰ ἓξ ἥμισυ τάλαντα, ἕβδομον ἡμιτάλαντον. καὶ τοὺς τέσσαρας ἥμισυ πήχεις πέμπτην σπιθαμήν, καθάπερ φησὶν Ἡλιόδωρος, ὃς προσθεὶς τὸ 'ἐν δὲ Βατουσιάδης'* (Archiloch. fr. 85 p. 486 Bergk.) *ἐν τῷ περὶ μουσικῆς ἐπιφέρει τρίτον ἡμιπόδιον ἀντὶ τοῦ δύο ἥμισυ πόδες. καὶ καθόλου, ὅταν βούλωνται ἀριθμόν τινα δηλοῦν καὶ μόριόν τι προσκείμενον, τὸ ὁμώνυμον τοῦ ἀριθμοῦ αἰεὶ τοῦ πλεονάζοντος λαβόντες τὸ ὅλον φασίν, οἷον τὰ ἓξ ἥμισυ ἕβδομον ἥμισύ φασιν, τοῦ ἑπτὰ ἕβδομον, ὃς μονάδι πλεονάζει τοῦ ἕξ, τὸ ὁμώνυμον λαβόντες. καὶ Ῥωμαῖοι δὲ εὑρεθήσονται τούτῳ χρώμενοι τῷ σχήματι. τὰ γὰρ δύο ἥμισυ ἀσσάρια, σεστέρτιούμ φασιν, τοῦ μὲν ση τὸ ἥμισυ δηλοῦντος, ὡς ἐν τῷ σημόδιουμ σήσκουας σήσκουπλα, τοῦ δὲ τέρτιουμ τὸ τρίτον, καὶ ἔστιν ἥμισυ τρίτον. τὰ δὲ χείλια σηστέρτια ποιεῖ διακόσια πεντήκοντα δηνάρια ἀργυρᾶ (ὡς αὐτοὶ λέγουσι, δηναρίου παρὰ τὸ δῆνα ἐσχηματισμένου), δέκα δὲ χρυσᾶ, ἅπερ καὶ μίλλε νούμμως φασίν. τὸ δὲ σήσκουας σύνθετόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ ση καὶ κουμ καὶ τοῦ ἅς ἄσσις. καὶ ἔστιν ἥμισυ σὺν ἀσσαρίῳ, τουτέστιν ἓν ἥμισυ ἀσσάριον. ὥσπερ δὲ ἡμέδιμνον λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἡμιμέδιμνον, οὕτως καὶ οὗτοι σημόδιουμ πλεονάζοντος τοῦ σ.*'

## 4.

### *Πιθανά.*

Hoc opere quale argumentum persecutus sit hodieque sciri in tanta testimoniorum penuria nequit. Inscriptionem solam servavit Suidas I 1 p. 627 Bernh. Si quid hallucinari licet, crediderim *πιθανά* (probabilia) Didymi circum interpretationes historiarum fabularumve probabilissimas versata esse. Cf. schol. Ar. Plut. 210 *τὸ δὲ πιθανὸν τοῦ λόγου ἐπινενόηται.* Quamquam scrupulum inicit, quod Apollonii opusculum Didymeo huic superinstructum ap. Suid. interiectum medium est opusculis mere grammaticis.

5.

Ultimo hoc capite nomen solvam, quod supra dedi, pollicitus additamento aliquo disputaturum me esse de studiis Didymi in geographia positis. Huc pertinere videtur primum liber

*περὶ Καβασσοῦ*,

cuius meminit Stephanus Byz. p. 12, 8 ed. Meinek. *ἀπὸ δὲ τοῦ Καβακησός οἴεται Δίδυμος κατὰ συγκοπὴν τὸ* (sic coni. Meinek., *τοῦ* RV) *Καβασσός. πόλις δὲ αὕτη τοῦ Ὀθρυονέως, περὶ ἧς βιβλίον ὅλον συνέγραψε. δειχθήσεται δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτῆς λόγῳ τοῦτο ψεῦδος.* At ego ut credam singulari libro de Cabasso urbe a Didymo disputatum esse, vix mihi imperabo, sed eam potius commentarii in Homeri Iliadis librum XIII compositi partem, in qua de v. 363 *Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα* (edit. Argolic. *Ἑκάβης νόθον υἱὸν ἐόντα*, quae scriptura placuit E. R. Langio, cuius apparatus Homericus penes me est) commentaretur, in tantam amplitudinem excrevisse suspicor, ut fere iusti libri ambitum expleret. Quam opinionem confirmat loquendi usus de verbis *βιβλίον ὅλον* mihi observatus. Sic Dorotheus Ascalonita in *συναγωγῇ λέξεως Ἀττικῆς*, cuius librum CVIII laudat Athenaeus VIII p. 329 D, tantum operae insumpsit teste Porphyrio ad Hom. Il. *Θ* 90 *εἰς ἐξήγησιν τοῦ παρ' Ὁμήρῳ κλισίου*, ut nisi iusti voluminis finibus interpretatio ista circumscribi non posset. Recte enim Coraes pro *ὅλου βίου ἐδέησε*, quae lectio est cod. B., rescripsit *ὅλου βιβλίου*, assentiente R. Ungero in parad. Thebb. p. 433, qui de solenni vocabulorum *βίος* et *βιβλίον* confusione pluribus exposuit. Deinde Neoteles nescio quis eodem Porphyrio ad Hom. Il. *Θ* 328 auctore *περὶ τῆς κατὰ τοὺς ἥρωας τοξείας* totum librum conscripsit. Hoc quoque loco vulgata scriptura est *ὅλον βίον*, quam adversus Valckenarium, qui *ὅλην βίβλον* coniecit, defendit Wolf. prolegg. p. CXCIII (cf. L. Mueller. de *οἶμος* et *οἴμη* p. 2. 3). Ipsum Didymum de vocabuli *δεκατεῦσαι* significatione librum conscripsisse auctor est Harpocr. 45, 5 Bekk. *Δίδυμος ὁ γραμματικὸς περὶ τούτου βιβλίον γράψας*, quo

loco fortasse *ὅλον* ante *βιβλίον* incuria scribae excidit: at hunc non singularem librum fuisse, sed partem commentarii in Demosthenis or. c. Medont. longius exspatiantem, ex Harpocratione patet. — Fortasse etiam *ἡ περὶ τῶν ἀξόνων τῶν Σόλωνος ἀντιγραφὴ πρὸς Ἀσκληπιάδην*, quam Plut. vit. Solon. c. 1 commemorat, e commentario Demosth. c. Aristocr. §. 28 (Harpocr. 136, 10) seorsim, ut itam dicam, edebatur. — Ceterum *ὅλος* et *βίβλος* vocabula nectere consueverunt scriptores Graeci recentiores: c. g. Clemens Alex. Strom. V p. 751 C *ὅπου γε καὶ ὅλα βιβλία — ἐπιδείκνυνται.* Theophilus in fragm. Seguier. Steph. Byz. *χερσὶν ἑαῖς Θεόφιλος ὅλας ἐγράψατο βίβλους.* Dionys. Halic. de Thuc. iudic. IX 6 *ὅλη γὰρ ἡ βίβλος οὕτω συγκέκοπται.* Dionys. techn. p. 126 ed. Schott. *δι' ὅλου τοῦ βιβλίου διοικούμενος διοίκησίν τινα τοιαύτην.* — Itaque e Didymi excursu aliquo, ut more loquendi recentiorum editorum utar, ad librum Iliadis XIII 863 fluxerunt haud dubie quae referunt Steph. Byz. p. 344, 12 schol. V. p. 368 b, 26 et. m. 482, 25.

Quodsi libri *περὶ Καβασσοῦ* memoria non sufficit, ut Didymum inter geographos nomen professum esse affirmemus, iure nostro dubitabimus, num tres loci alii, in quibus ethnographus ad Alexandrinum grammaticum provocat, ad huius opera aliqua geographica an commentarios (rhetoricos) respiciant.

*a.* Steph. Byz. 486, 9 M. *Οἰνοῦς πολίχνιον Λακωνικῆς, ὡς Ἀνδροτίων καὶ Δίδυμος.* Cf. Curtii Peloponn. II p. 263. 321 (Athen. Deipn. I p. 31 C) [1]).

*b.* Steph. Byz. 34, 1 *Δίδυμος δέ φησιν, ὅτι Ἀθηναίας λέγουσιν ἀντὶ τοῦ Ἀττικάς. ὁ δὲ Φρύνιχος ἀναττικόν φησιν εἶναι τὴν φωνὴν καὶ θαυμάζει, πῶς ὁ Φερεκράτης ἀττικώτατος ὢν χρῆται.* Cf. Antiatt. Bekk. 77, 5 *Ἀθηναίαν, οὐκ Ἀττικήν.* Cf. Ritschel. de Oro p. 58 Nauck. Arist. Byz. p. 213 not.

*c.* Steph. Byz. p. 72, 6 *Δίδυμος δὲ παρατίθεται*

1) Qui apud eundem Athenaeum citatur p. 31 D Alciphro Maeandrius mihi suspectus est, sed latere videtur *Μαιάνδριος ὁ Μιλήσιος*, quode dixi in comm. de Tryphone p. 34.

χρῆσιν ἐξ Ἐρατοσθένους τοῦ (sic RV τὸ A) Ἀλεξανδρίτης. Locum Cyrenaei in Bernhardyi Eratosthenicis frustra quaesivi.

Horum praeceptorum quo referam tertium non habeo, primum suspicor Stephanum e commentario aliquo rhetorico, secundum ex hypomnemate in comicum aliquem poetam transscripsisse.

Sed longe alia ratio est aliorum locorum Stephani trium 655, 5. 20 695, 3 ed. Meinek.

[Ἀναγραφὴ δήμων.]

Scriptores de pagis Atticis atque ipsa Athenarum urbe qui literis consignaverunt, Preller. Polem. p. 170 sqq. Meier. de Harpocr. p. 63. 64, Didymi nomen, nescio quid agentes, in tabulas non retulerunt, quamquam Stephanus Byzantius, qui p. 635, 20 M = 283, 27 W his verbis ei testimonium denunciat Διόδωρος δὲ καὶ Δίδυμος Τρινεμεῖς ἀναγράφουσι τὸν δῆμον, Καλλίμαχος Ἑκάλῃ Τρινέμειαν, Chalcenterum quoque iis accensere videtur, qui pagis Atticis accurate recensendis operam navaverunt. Ἀναγράφειν enim, cuius verbi significationem illustrant O. Schneider. de scholl. Arist. fontt. p. 92 A. Nauck. Aristoph. Byz. p. 237, proprium est scriptoris literati eius, 'qui indices quosdam condat eorumque ordinibus hanc vel illam rem inserat.' Itaque L. Prellerus Polem. p. 41 sq. e verbis schol. Ar. Avv. 646 ἀναγράφει δὲ τοὺς ἐπωνύμους τῶν δήμων καὶ φυλῶν Πολέμων (fr. IX) vel singularis opusculi vel amplioris operis particulae probabiliter elicuit inscriptionem Πολέμωνος ἀναγραφὴ τῶν ἐπωνύμων τῶν δήμων καὶ φυλῶν, eademque aut huic similis fuisse videtur libri inscriptio a Diodoro compositi, quode cf. Preller. I 1 p. 170—173. Atque recensum illum pagorum Stephanus iterum atque iterum respicere videtur, quamquam hodieque haud facile quispiam gravioribus quam ex usu verbi ἀναγράφειν petitis argumentis redarguet eum, qui ex hypomnematis Didymi rhetoricis Stephanum profecisse contenderit. Steph. Byz. 635, 5 (= 283, 13 W) Τρικόρυνθον· οὐδετέρως Δίδυμος καὶ Διόδωρος, Διονύσιος ἀρσενικῶς, Εὐφορίων θηλυκῶς. ἔστι δὲ δῆμος τῆς Αἰαντίδος φυλῆς. [Τρικόρυνθον

Meinek. coll. 618, 4 τρικόλυνθον RV τρικόρυθον Meurs. — Euphorionis fragmentum in collectione Meinekii est CXVIII p. 138. — Schol. Arist. Lys. 1031 qui scripsit aut Atheniensis fuit, aut aliquamdiu Athenis commoratus esse videtur. Fortasse a Symmacho Atheniensi profectum est.

Steph. 695, 3 M 310, 30 W Χολαργός· οὕτω Δίδυμος καὶ Διόδωρος, Διονύσιος δὲ Χολαργεῖς καὶ πληθυντικῶς † μαρτυρεῖ. Spectare haec potuerunt vel ad Demosth. 40, 6 vel ad Arist. Ach. 855, ubi schol. δῆμος Ἀττικῆς οἱ Χολαργεῖς τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς.

Ad eundem librum suum, si quis exstitit, fortassis ipse Didymus lectores amandat in schol. Soph. O. C. 712 p. 71 Elmsl. ὁ γὰρ Κολωνὸς ἱππεὺς ὠνομάσθη παρ' ἃς ἐξεθέμην αἰτίας διὰ τὸν Ἄδραστον. Sic cod. Laur. et Trielin., κατὰ Ἀνδροτίωνα R. Br., qua re motus hunc locum inter fragmenta Androtionis recepit Mueller. I p. 374. — G. Wolffius de scholl. Laur. p. 32 '*Auctorem*', inquit, '*fortasse quis olim cognoscet. Quamquam eae* (caussae) *possunt quidem ad v.* 711 *expositae fuisse, sed ab epitomatore esse omissae.*' Exposuerat has caussas, opinor, in tabulis pagorum Atticorum. Cf. Bachm. anecdd. I p. 38, 10 meamque de lexi tragica dissertationem p. 104. — Pagorum Atticorum gnarum praebet se auctor quoque schol. Soph. O. C. 1061 (ubi pro οὐ, quod in MS. Elmsleio teste sequitur, legendum est οὕτω [Δίδυμος] vel οὕτω [Πίος]) et glossae Hesychianae Οἰατίδος . . . οἱ δὲ ἀπὸ Οἴας τοῦ δήμου κακῶς, οὐ γὰρ ἐγγὺς κεῖται. Quae mihi quidem e Didymi lexico tragico petita videntur. — Denique pervelim edoceri, utrum in ἀναγραφῇ δήμων an in commentario in Ionem tragicum (nam ἀντεξηγήσεις πρὸς Ἴωνα (leg. Ἰώβαν) nullas unquam fuisse in commentatione II p. 303 idoneis, opinor, evici argumentis) πυκνός mentionem fecerit. Steph. Byz. p. 528 sq. M. λέγεται καὶ Πυκναία [παρ' Ἴωνι]. Δίδυμος δέ φησιν, ὅτι τὴν πύκνα ἂν εἴη λέγων[1]). Similis quaerendi caussa est de schol. Arist. Avv. 836 Δίδυμός φησι τὸ Πελαργικὸν τεῖχος ἐπὶ

1) Verbis ἂν εἴη λέγων in argumento simili utitur auctor schol. Soph. O. C. 1039 p. 49 Lps.

πετρῶν κεῖσθαι et schol. Pind. Nem. II 19. Vid. et schol. Eur. Phoen. 159 V. Ceterum in hoc libro conficiendo saepissime quidem, uti par est, a Didymo consultos esse decessores, Polemonem, inquam, Diodorum Callistratum sive Menecleum probabile est, sed non infimae notae fontem ei fuisse suspicor ὁρισμοὺς τῆς πόλεως laudatos a schol. ad Arist. Avv. 997 (998), si quidem hoc scholion non potius a Symmacho Atheniensi profectum est, quam a Didymo. Locus ille neque Meierum fugit de Harpocr. p. 63 n. 355, neque Prellerum de Polem. p. 175, qui tamen ὁρισμοὺς τῆς πόλεως suspicatur columellas fuisse terminales, in quas illa verba insculpta fuisse videantur, quae inde adnotaverit eorum aliquis, qui composuerat Atthidas. Ὁρισμούς qui scripserit praeter Teuerum (Cyzicenum?), ab Athenaeo X p. 455 laudatum, nullum equidem novi scriptorem, neque Teueri opus versui adstrictum chorographicum argumentum persecutum esse videtur. Tamen, si quid video, ὁρισμοὶ τ. π. minime columellae fuerunt, sed liber aliquis fortasse suasore et auctore imperatore aliquo Romano Athenarum amantissimo conscriptus, cuius parentem ipsum Didymum divinarem, si scholii auctor pro verbo γέγραπται vocabulo εἴρηται, quod solemne est auctoris lectorem ad aliud suum scriptum amandantis, usus esset. At, cum nusquam proditum esse legamus grammaticum nostrum τὰς λιπαρὰς καὶ ἀοιδίμας Ἀθήνας adiisse, omnino nobis integrum non est, ut in hac caussa scholiis Sophocleis Aristophaneisque iis abutamur, in quibus Athenarum mentio iniecta sit, praecipue cum et Symmachum Aristophanis interpretem Athenis oriundum fuisse e schol. Ar. Ach. 145 constet (O. Schneider. p. 81) et Pinm alterum scholiorum Laurentianorum fontem (Ritter. Didym. opusc. p. 37 Wolff. p. 24 Suringar. hist. scholiast. T. II p. 242 Teuber. de Servio Honorato p. 51 Iul. Richter. de Sophocl. etc. interpr. p. 82 Wolff. Prolegg. p. CCLIV) multas studiorum gratia peregrinationes suscepisse compertum habeamus e schol. Hom. Odyss. δ 356 ϑ 372 [? δ 65 p. 124 Buttm.]

---

Haec hactenus. Didymi memoriam ap. Steph. Byz. 7, 3 *Ἄβιοι* 106, 8 *Ἀπολλωνία* 562, 23 *Σήσαμον* ad hypomnemata in Iliadis libros II et XIII retuli. Nedontis fluvii quo tandem in libro mentionem fecerit, (vid. Bekk. anecdd. III p. 1393) integra caussa est. — Quae cum ita sint, nullus dubito quin codex Paris. ap. Brequing. aut falsa tradiderit inter opera Didymea librum *περὶ γεωγραφίας* enumerans, aut, quod vero est simillimum, verba ista non modo corrupta sed suo etiam loco mota sint infra apte inserenda: *Δίδυμος Ἀλεξανδρεύς· [περὶ γεωργίας ἢ] γεωργικὰ ἐν βιβλίοις ιε.* Ac fortasse etiam ulterius progredi licet, ut verborum *ὁ νέος — καὶ αὐτὸς γραμματικός* (Eudoc.) patrocinio arrepto scribamus *Δίδυμος ὁ νέος Ἀλεξανδρεύς, καὶ αὐτὸς γραμματικὸς [ἔγραψε περὶ γεωργίας ἢ] γεωργικὰ ἐν βιβλίοις ιε.* Huius fragmentorum indicem exhibet Niclas Geopon. vol. IV p. 1276.

# IV.

# OPUSCULA AD HISTORIAM FABULAREM ANTIQUITATES HISTORIAM LITERARUM PERTINENTIA.

## 1.

### Ξένη ἱστορία.

Ξένην ἱστορίαν[1]) a Didymo scriptam esse dixi p. 10, meminitque nostri inter auctores historiae fabularis Laevinus Torrentius Suet. Tiber. c. 70. Verbis ξένη ἱστορία utuntur Sextus Emp. adv. gramm. I 278 τὰ ἐν ξέναις ἱστορίαις κείμενα ἢ αἰνιγματώδως ἐκφερόμενα ταῦτ' ἔστιν ἄχρηστα et Artemid. oniroer. IV 63 p. 379 Reiff. εἰσὶ γὰρ καὶ παρὰ Λυκόφρονι ἐν Ἀλεξάνδρᾳ καὶ παρὰ Ἡρακλείδῃ τῷ Ποντικῷ ἐν ταῖς λέσχαις καὶ παρὰ Παρθενίῳ ἐν Ἐλεγείαις καὶ παρ' ἄλλοις πολλοῖς ἱστορίαι ξέναι καὶ ἄτριπτοι. Locos transscriptos indicat Meinek. in anall. Alex. p. 258. Addo schol. Aristonic. ad Hom. Il. Γ 6 τῷ ξένῳ τῆς ἱστορίας, schol. Apoll. Rhod. II 1248 p. 256 Schaef. Eudoc. Violar. p. 346 Ἡρόδωρος ξένως περὶ τῶν δεσμῶν τοῦ Προμηθέως ταῦτα. Schol. Eur. Androm. I p. 30 ed. Witzsch. ὡς ὁ Αἰσχύλος — ἐν τοῖς Φρυξίν, ἔνθα καὶ ξέ-

1) Didymi librum ξέναι ἱστορίαι inscriptum fuisse suspicatur Brueckner us ὁ μακαρίτης. At singularem etiam numerum in usu fuisse Ptolemaei Hephaestionis docet ἱστορία παράδοξος sive ἱστ. καινή et Dionysii ἱστορία παιδευτική. Cf. Vit. Galactionis Martyris et Epistemes ap. Fabric. bibl. Gr. VI p. 529 et inc. auct. brev. enarr. chronogr. ad calc. Georg. Codini p. 128 ed. Bonn.

νως ἱστορεῖ Ἀνδραίμονος αὐτὴν λέγων, schol. Eur. Med. 1384 (1377 Matth.) Νεόφρων δὲ ξενικώτατον· ἀγχόνῃ γὰρ τελευτῆσαι (Ἰάσονα), schol. Eur. Rhes. 36 p. 34 Kampm. Μνασέας δὲ ξενικώτερον ἀφηγεῖται τὰ περὶ τὸν Πᾶνα. Ptolemaeus, Aristonici grammatici pater, Eudocia Viol. p. 360 et Suida Vol. II p. 526 testibus scripsit τὰ παρὰ τῷ ποιητῇ (περὶ τῶν παρὰ τῶν ποιητῶν Eudoc. B. Em.) ξένως (h. v. male om. Westerm. biogr. Gr. p. 275) ἱστορούμενα. Ξένης καὶ παραδόξου iuxta ponit schol. Eur. Phoen. 1019 vol. V p. 218 Matth. Est, ubi idem fere valeat ἰδικῶς ἱστορεῖν, cf. schol. Eur. Androm. 24 Tro. 450 Phoen. 1116 V p. 235 et παρὰ τὴν ἱστορίαν e. g. schol. Eur. Tro. 391 Rhes. 504 Androm. 108. 224. 607. Ac tragici poetae Graeci si quae παρὰ τὴν ἱστορίαν dixerunt, ea castigasse videtur Dionysodorus ἐν τῷ περὶ τῶν παρὰ τοῖς τραγῳδοῖς ἡμαρτημένων, cf. schol. Rhes. 504 Cob. E contrario famam vulgarem qui sequerentur dicebantur ἀπὸ ἱστορίας λαμβάνειν, cf. schol. Androm. 18 p. 32 Witzsch. coll. 10; ξένῃ ἱστορίᾳ ex adversa parte stat ἡ διὰ στόματος καὶ δημώδης ἱστορία. Plut. Sol. c. 8 Aelian. V 4 III 45 schol. Eur. Alc. 1 p. 25 Witzschel.

Collegit igitur Didymus Graecorum fabulas obscuras abstrusas reconditasve, quales quidem et poetae et grammatici Alexandrini venandi erant studiosissimi, ut operosa ista doctrina non modo ipsi sese iactarent, sed aequalibus etiam posterisque interpretibus quasi aenigmata solvenda proponerent. Ac profecto arduum plenumque spinarum opus aggrediebantur, quiqui reconditarum historiarum rimare recessus feliciterque respondendo ad conclamatum illud ποῦ κεῖται; se accingebant. Multarum literarum laude, talia qui moliretur, excelleret necesse erat. Neque vero Didymus in colligendi opera sola acquievisse videtur, sed fortasse aut universam historiam fabularem, ut Lobeckii in Aglaoph. II 994 n. verbis utar, *ad historiae similitudinem traduxit*, aut ex indigesta veterum fabularum farragine eas tantum congessit, quae pragmaticae isti, quam vocant, interpretationi prae ceteris responderent.

Hinc non inepte explicabis insignem, quo et Lysi-

machum[1]) Alexandrinum et Mnaseam Patarensem amplexus videtur, amorem, de quibus acerbe quidem sed verissimo iudicavit L. Prellerus Polem. p. 180 et in diar. ant. stud. Marburg. 1846 p. 676. 7; cf. R. Stiehlium in Philol. IV p. 99. 110. — Ac fortasse Didymus, in historia fabulari prae ceteris versatus, auctor est schol. in Eur. Med. 169, quo Timachidas vituperatur, *ἐπὶ τὰ πρόχειρα πᾶσιν ἐνεχθείς*, i. e. quod fabulas omnibus notas tragicorum interpretationi accommodarit.

Fragmenta huius operis fortasse plurima latitant in veteribus Homeri Pindari tragicorum interpretibus Graecis, quibus auctoris nomen non sit appositum. Certae sedis haec sunt:

1.

Georg. Sync. p. 162 A = 306, 2 ed. Bonn. *καὶ τὰ περὶ Δανάην, ἐξ ἧς ὁ Περσεύς. Περσεὺς τὰς στρατείας ἐπετέλει καὶ ἐπὶ Πέρσας ἐστράτευσε, τὴν δὲ Γοργόνα ἐκαρατόμησεν ἑταίραν εὔμορφον διὰ κάλλους ἐξιστῶσαν τοὺς θεατάς, ὡς ἀπολιθοῦσθαι δοκεῖν. Δίδυμός φησιν ἐν ξένῃ ἱστορίᾳ καὶ παρατίθεται τὸν συγγραφέα ταύτης.*

Rerum scriptor, cuius noster apposuisse testimonium dicitur, ni fallor, Herodorus fuit, cf. Natal. Com. myth. p. 935, quamquam etiam Alexander Myndius Eudocia teste p. 50 *περὶ Γοργόνος* scripsit. Cum hoc fragmento, ni fallor, cohaesit alterum apud Stephanum Byz. p. 459, 16 Meinek. *Δίδυμος δ' ὅρος τὴν Μυκάλην φησίν, ἐπεὶ αἱ λοιπαὶ Γοργόνες ἐπὶ τόκῳ* (Rhed. cod. *ἐπιτοκῶντο, ἐπ' οἴκτῳ* coni. A. Meinek., *εἰ ἐπτόηντο* (*εἰ ἐπτόωντο*) A. Nauck.), Stephan. ap. Eustath. B 869 p. 368, 26 *ἐπὶ τοῦ ὄρους τούτου μυκώμεναι τὴν κεφαλὴν Μεδούσης ἀνεκαλοῦντο.* Ab interpretatione fabulae Didymea non abhorret Lucian. de dom. 19 vol. III p. 313 Iebz., quem ad locum quae scholia adnotant IV p. 239, ea aperte nostro accepta referunt *ὅτι αἱ Γοργόνες κάλλει καὶ εὐμορφίᾳ ἐξιστῶσαι οἱονεὶ ἀπελίθουν τοὺς ἀνθρώπους.* Cf. Bachm. anecdd. II p. 321, 15 Plut.

1) Praeter *νόστων* libros composuerat Lysimachus etiam *Θηβαϊκὰ παράδοξα*, quae huc imprimis pertinent. Cf. Voss. hist. Gr. p. 464 ed. Westerm. Gisb. Cuper. obss. I c. IV Valcken. schol. Eur. p. 12 n. 38.

de fluv. XVIII 6 p. 36 Huds. et. m. p. 594, 1 Conon. ap. Phot. bibl. p. 139 ed. Bekk. Schol. Hom. Il. B 498 (D) Perseum Iovi Mycalensi templum dedicavisse narrat.

2.

Georg. Sync. p. 161 D = p. 305, 11 ed. Bonn. *Γανυμήδην ὁ Τάνταλος ἁρπάσας υἱὸν τοῦ Τρωὸς ὑπ' αὐτοῦ κατεπολεμεῖτο τοῦ Τρωός, ὡς ἱστορεῖ Δίδυμος καὶ Φανοκλῆς* (h. e. uti Phanocles refert, cui Didymus denunciat testimonium). *μάτην ἄρα τοῦ Διὸς ὡς αἰτοῦ τοῦτον ἁρπάσαντος ὁ μῦθος καταψεύδεται.* Cf. Euseb. ad a. 42 Ehudi a. Abrah. 657 col. 182 Augustin. C. D. XVIII 13 p. 345 ed. Lud. Vives. Paul. Oros. I 12 p. 41 ed. F. Fabric. Colon. 1582 '*quorum Tantalus rex Phrygiorum Ganymedem Trois Dardaniorum regis filium cum flagitiosissime rapuisset, maiore conserti certaminis foeditate detinuit, sicut Phanocles poeta confirmat, qui maximum bellum ob hoc fuisse commemorat, sive quia hunc ipsum Tantalum utpote assectam deorum videri vult raptum puerum ad libidinem Iovis familiari lenocinio praeparasse, qui ipsum quoque filium Pelopem epulis eius non dubitarit impendere.*' Cf. Th. Moerner. de Oros. p. 57. Mnaseas etiam ap. schol. Hom. Il. Y 234 p. 559 a, 7 Bekk. Ganymedem tradit auctore Tantalo raptum interque venandum interemptum in Olympo Mysiae monte prope Iovis delubrum sepultum esse[1]).

Satis prolixe hanc fabulam Herodianus etiam narrat in vita Commodi p. 29 ed. Steph., a Natale Comite mythol. p. 306 compilatus, suppressa tamen auctoris, unde sua hauserat, memoria, *Πεσσινοῦς* (*Πεσινοῦς* H. St.) *δὲ ὄνομα αὐτῷ. τὴν δὲ προσηγορίαν λαβεῖν τὸν τόπον ἐκ τοῦ πεσόντος ἀγάλματος ἐξ οὐρανοῦ καὶ πρῶτον ἐκεῖσε ὀφθῆναι* (H. St. *ὀφθέντος*). *ὡς δὲ παρ' ἑτέροις εὕρομεν, Ἴλῳ τῷ Φρυγὶ καὶ Ταντάλῳ τῷ Λυδῷ πόλεμον ἐκεῖ γενέσθαι λέγουσιν, οἱ μὲν περὶ ὀδῶν* (*ὅρων* vel *ὁρισμάτων*), *οἱ δὲ περὶ τοῦ Γανυμήδους ἁρπαγῆς. ἰσορρόπου δὲ ἐπὶ πολὺ τῆς μάχης γενομένης ἑκατέρωθεν πεσεῖν ἱκανοὺς καὶ τὴν συμφορὰν ὄνομα δοῦναι*

1) Eiusdem fere commatis sunt quae Kustero Suidas s. v. *Ἴλιον* [vol. I p. 2 p. 986. 7] ex Ioanne Antiocheno transscripsisse visus est coll. Cedreno p. 120 Ioanne Malela p. 97. 8 Scalig. ad Euseb. p. 41.

τῷ χωρίῳ. ἔνθα καὶ τὸν Γανυμήδην [ἁρπασθέντα] ἀφανῆ γενέσθαι λόγος ἀνθελκόντων αὐτὸν τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ἐραστοῦ. ἀφανοῦς δὲ γενομένου τοῦ σώματος ἐκθειασθῆναι τὸ πάθος τοῦ μειρακίου εἰς μῦθον καὶ τὴν Διὸς ἁρπαγήν. Adde Tzetz. Lyc. 355 II p. 556 M. Eudoc. Viol. p. 322, qui Diodoro Dioni Ioanni Antiocheno testimonium denunciant, et Ammian. Marc. XXII 9. Abstrusior etiam ea fabulae est conceptio, quam Echemenis Creticis Athenaeus p. 1339 Dind. et Euhemeridi Cnidio sublegit Plutarch. de flum. VI p. 454 Tauchn. Ceterum fabularum de Ganymede gnarum se praebet etiam schol. vet. (Didymum esse suspicor) ad Eur. Troad. 821 Or. 1399. Inter literatos nostrae aetatis homines prae ceteris dignus est qui inspiciatur L. Prellerus, cuius in commentatione, quam inscripsit: 'Phanocles oder die Mythologie der Knabenliebe', Museo Rhenano IV p. 403 a. 1846 inserta, haec sunt verba: '*Eine dem Phanocles ganz eigenthümliche Combination. Beim Phanocles scheint Zeus den Streit dadurch beigelegt zu haben, dass er den Ganymed zu sich nahm, wodurch der Raub dieses Gottes eine ganz eigenthümliche Bedeutung bekommen musste*'. Idem vir doctus iterum hanc narrationem tractavit in diar. ant. stud. Marburg. 1846 p. 685. 686 adn. Phanoclem haud scio an noster in fabula etiam de Adonide secutus sit, vid. schol. Eur. Med. 276.

2ª.

Ioann. Malel. p. 80 ed. Bonn. — — μαθὼν δὲ ὁ Τάνταλος, νομίσας, ὅτι κατασκοπῆσαι ἦλθε τὴν Εὐρώπην χώραν, ἔπεμψε πολλοὺς ὡπλισμένους καὶ ἥρπασαν τὸν Γανυμήδην πρὸ τοῦ φθάσαι τὸ ἱερὸν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ. ὁ δὲ Γανυμήδης ἐκ τῆς δειλίας ἠρρώστησεν. ἐπηρώτησε δ' αὐτὸν ὁ Τάνταλος λέγων· ἐν ἀλλοτρίοις βασιλείοις πῶς ἐτόλμησας ἐλθεῖν κατάσκοπος; καὶ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι θυσίας (libb. οὐσίας) χάριν τοῦ Διὸς ἦλθον ἐγὼ καὶ οἱ μετ' ἐμοῦ. καὶ γνοὺς τοῦτο ὁ Τάνταλος ἐκέλευσεν αὐτῷ περιμεῖναι καὶ ἀνεθῆναι διὰ τὴν νόσον. ὁ δὲ αὐτὸς Γανυμήδης τρεῖς ἡμέρας ἀρρωστήσας τελευτᾷ. καὶ ἐκέλευσεν ὁ Τάνταλος ἀποδοθῆναι ἃ ἤνεγκε δῶρα καὶ τὴν θυσίαν εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Διός. καὶ τὸ λείψανον δὲ τοῦ αὐτοῦ Γανυμήδους τε-

θῆναι ἔσω ἐν τῷ ναῷ τοῦ Διὸς πρὸς τιμήν. οἱ δὲ μετ' αὐτοῦ ἀποσταλέντες ποιήσαντες αὐτῷ σορὸν ἔθηκαν αὐτὸν ἐπιγράψαντες ἐν αὐτῷ· Τρῶος βασιλεὺς Ἀσίας σὺν θυσίᾳ τὸν ἐνταῦθα κείμενον Γανυμήδην υἱὸν αὐτοῦ ἀνέθετο Διΐ. τοῦτο δὲ ἐποίησεν ὁ Τάνταλος πρὸς θεράπειαν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. οὐκ ἦν γὰρ ἔθος Ἕλλησι θάπτειν ἔνδον ἱεροῦ οἴκου λείψανον θνητοῦ ἀνθρώπου διὰ τὸ μὴ κοινοῦσθαι τὰ θεῖα. ταῦτα δὲ συνεγράψατο ὁ σοφώτατος Δίδυμος ὁ ἱστορικὸς χρονογράφος.

3.

Ioann. Malel. p. 86, 17 ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς χρόνοις Ἡρακλῆς ὁ τελεστὴς ὁ μυστικὸς ἆθλους ποιήσας ἀπελθὼν ἐν τῇ Λιβύῃ χώρᾳ συνέβαλε τῷ Ἀντέωνι καὶ αὐτῷ ὄντι μυστικῷ, ποιοῦντι δὲ γήϊνά τινα, καὶ νικήσας αὐτὸν ὁ Ἡρακλῆς ἐφόνευσεν αὐτόν. ὅστις Ἡρακλῆς μετὰ τὴν νίκην νόσῳ βληθεὶς ἑαυτὸν εἰς πῦρ ἔβαλε καὶ ἐτελεύτα. περὶ οὗ Δίδυμος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο. Cf. Augustin. C. D. XVIII 12.

4.

Ioann. Malel. p. 166, 14 de Diomede narrans καὶ ἐπανελθὼν μετὰ τὴν νίκην τῆς Τροίας ἐπὶ τὸ ἴδιον αὐτοῦ βασίλειον οὐκ ἐδέχθη ὑπὸ τῆς ἰδίας πόλεως ἢ τῆς συγκλήτου αὐτοῦ, ἀλλ' ἀντέστησαν αὐτῷ ἐν δυνάμει πολεμοῦντες. μαθὼν δέ, ὅτι ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡ Αἰγιάλεια κατασκευάζει αὐτῷ θάνατον, ὡς πορνευθεῖσα ὑπό τινος συγκλητικοῦ αὐτοῦ, ὅστις καὶ ἀνθίστατο αὐτῷ κραταιῶς, ὁμοίως δὲ ἀκούσας, ὅτι ἐπορνεύθη ὑπὸ τοῦ Οἴακος, υἱοῦ τοῦ Ναυπλίου, οἵτινες διὰ τὸν πρὸς αὐτὴν ἔρωτα πολλῷ σθένει ἀντεμάχοντο αὐτῷ, καθὼς ὁ σοφὸς Δίδυμος ἐξέθετο, προσεσχηκὼς δὲ ὁ Διομήδης τοὺς ἡγεμόνας καὶ πᾶσαν τὴν Ἀργείων χώραν ἀνθισταμένην αὐτῷ, μὴ δυνάμενος δὲ ἀπελθεῖν μηδὲ ἐπὶ τὴν Αἰτωλίαν, τὴν ἰδίαν αὐτοῦ βασιλείαν, ὡς λύσας αὐτῆς τὸ βασίλειον, παραχωρήσας τὴν ἰδίαν αὐτοῦ βασιλείαν ἀπεχώρησεν, ἀποπλεύσας ἐπὶ τὴν Καλαβρίων χώραν. καὶ κτίζει πόλιν ἐκεῖ παραλίαν, ἣν ὠνόμασεν Ἀργυρίππην κτέ. Cf. Augustin. de C. D. XVIII 16.

Videntur hae fabulae ad unam omnes, quas sequiores

cum Graeci scriptores tum Latini ita narrant, ut cuneti unum fontem attigisse labris videantur, quasque Georgius Syncellus miscellaneis suis (*τοῖς σποράδην*) inseruit, e Didymo fluxisse. Etiam Augustinus de civ. Dei l. XVIII c. 13 connectit fabulas de Gorgone de Antaeo de Ganymedis raptu de Apolline nomio de Perseo alias, quas Syncellus Cedrenus Ioannes Antiochenus et Malela nectunt. Ac suspicor equidem latinos scriptores Varronis de gente P. R. opus, Graecos Didymi historiam peregrinam compilasse. Hoc certe Ioannes Antiochenus ap. Mueller. hist. Gr. vol. IV p. 540 testatur, ubi haec leguntur 'Cod. Paris. 1630 fol. 234 *ἀπὸ τῆς ἐκθέσεως Ἰωάννου Ἀντιοχέως τῆς περὶ χρόνων — ὥς φησιν ἀπὸ βίβλων Μωσέως Ἀφρικανοῦ Εὐσεβίου Παππίου καὶ Διδύμου καὶ ἑτέρων*', illud ipsius Augustini verba probabile faciunt.

5.

In hoc Didymi opere probabile est exstitisse etiam fabulam de Luna a Pane corrupta perquam reconditam, quam quo auctore retulisset Vergilius ne Valerius quidem Probus vir literatissimus iudicare potuit. Macrob. Saturn. V 22 p. 567 ed. Zeun.: *Apud Vergilium*, inquit, *Pan niveo lanae munere Lunam illexisse perhibetur:*

*'in nemora alta vocans*
*munere sic niveo lanae, si credere dignum'st,'*

*et reliqua. In hoc loco Valerius Probus vir perfectissimus notat, nescire se hanc historiam sive fabulam quo referat auctore, quod tantum virum fugisse miror. Nam Nicander huius est auctor historiae, poeta, quem Didymus grammaticus omnium quique sint quique fuerint instructissimus fabulosum vocat.* Locus Vergilii respicitur Geo. III 391 sqq., cf. Serv. II p. 281 Lion. Prob. II p. 369 cod. Veron. II p. 309 Mai. Adde Philargyr. t. II p. 399 — 'Fabula sic est: Pan cum Lunae amore flagraret, ut illi formosus videretur, niveis coloribus se circumdedit, atque ita eam ad rem veneream illexit. Huius opinionis auctor est Nicander, nec poterat esse, nisi Graecus'. Nicandro utitur Didymus etiam aliis locis: cf. e. g.

Harp. 99, 13. Serv. ad Aen. IV 261 I p. 275 Lion. et. m. 148, 8 (Suid. I 1 p. 383 Bhd.?)

6.

Ex eodem Didymi volumine fluxerunt etiam, ni fallor, quae de sexto quodam Apolline Magnetis filio, nostro teste advocato, tradidit Clemens Alex. p. 14, 5 Sylb. *ὁ δὲ Δίδυμος ὁ γραμματικὸς τούτοις ἕκτον ἐπιφέρει τὸν Μάγνητος.* Cf. Cicer. de nat. deor. III 3 §. 57. Alectora Magnetis norunt schol. Il. B 756. Sol vero vocitatus est Alector sive Elector.

## 2.

*Μεταμορφώσεις.* (?)

1.

Itaque haec quattuor fragmenta non dubito quin ex eo, de quo agimus, Didymi libro profecta sint. Lubricum vero iudicium est de schol. ad Hom. Odyss. δ 797 (Pal. Q.) Eustath. p. 1422, 7 [62, 45] *Δίδυμος δὲ Ἀμεράκιν φησὶ προσαγορεύεσθαι τὴν Πηνελόπην ἢ Ἀναρκίαν* (*Ἀμειράκην ἢ Ἀρνακίαν* Eustath., *Ἀρναῖαν* Tzetz. Lyc. 792) *Ναυπλίου δὲ ῥίψαντος αὐτὴν εἰς θάλατταν διὰ ποινὴν Παλαμήδους ὑπὸ πηνελόπων αὐτὴν σωθεῖσαν οὕτως ὠνομασθῆναι.* Suspicor Didymi fontem esse Lysimachum fortasse a Mnasea Patarensi citatum. Hic enim non prius audita multa de Ulixe eiusque prosapia narravit. Cf. Athen. IV p. 158 D Eustath. Odyss. XV 118 p. 1796, 14 (Stiehl. l. c. p. 107).

Verum tamen haec Didymus num in Homerum commentatus an in libro aliquo historiam fabularem continente tradiderit, sciri nequit. — De Penelopes nominibus quid statuam fluctuat animus. *Ἀμαρακίνη*, mulieris nomen a flore fictum, occurrit ap. Alciphron. ep. III 37, quod hic in censum venire posse non videtur. *Ἀρναῖος* Ithacensis mendici Iri fuit nomen Odyss. VI 5. At quid cum Iro Penelopae? Natalis Comes Mythol. p. 935 *Ἀρναῖα* derivat ab *ἀρνεῖσθαι*, '*quod eam nollent educare, cum ἀρνεῖσθαι refutare et abnuere significet.*' Deinde pergit: '*Mox deposito*

*priore Arnaeae*[1]) *nomine filiam Penelopen vocavit, ut testatus est Herodotus* (? Herodorus) *in iis, quae scripsit de Perseo et Andromeda*[2]).

2.

Didymarchum *μεταμορφώσεων* auctorem, quem ap. Antonin. Liberal. *κγ* p. 100 ed. Teuch. inter fontes suos de Batto recenset Pamphilus lib. I, aliunde non novi. Neque I. G. L. Mellmann. in comm. de causs. et auctt. narr. de mutatis formis p. 89 habet quod tenebras pellat. Mihi Didymarchus iste semper fuit suspectus, quem Didymo nostro a Pamphilo saepissime expilato cedere iubenti non multum obnitor. Facile condonari librario potest error *Διδύμαρχος* scribenti pro eo, quod Pamphilus volucrat, *Δίδυμ' Ἀρ̄.* (*Δίδυμος Ἀριστάρχειος*), quamquam in comment. de Tryph. p. 37 Bastium comm. pal. p. 782 secutus negavi siglam *ἀρ̄* *Ἀριστάρχειος* posse valere. Accedit quod ap. Antoninum Didymarchus ille in consortio apparet et Nicandri, cui supra diximus Didymum saepe denunciasse testimonium, et Antigoni, quem nostro comitem adiungit schol. Ar. Avv. 299 Hesych. II 217 *κειρύλος* Erotian. lex. Hipp. p. 12 Frz. Cf. schol. Eur. Phoen. 159. — Valcken. Ammon. p. 92 Didymarchum admisit.

3.

Restat Didymus ap. Serv. ad Verg. Aen. III 64 vol. I p. 187 ed. Lion. '*Dicta autem est cyparissus, ut Didymo placet, ἀπὸ τοῦ κύειν παρίσους* h. e. *ab aequaliter pariendo; quod et ramos pariat aequaliter et fructus.*' Quaeritur,

1) Tantas dissipare caligines difficile est. *Ἀρναία*, si vera nominis forma est, derivabant fortasse ab *ἀρνεῖσθαι* (coll. Hom. Od. *π* 126 *ἡ δ' οὔτ' ἀρνεῖται στυγερὸν γάμον*), ut alterum *Ἀρνώ*, quod e Tzetz. Lyc. 644 protraxit Tzschirner. de nom. in *Ω* exeuntibus p. 17. — Nisi legendum est *Ἀκαρνανία*. Sic *Ἀμβρακίαν*, Augeae filiam, novit Eudoc. p. 48.

2) Andromedae Euripidis fr. 126 Wagn. ex Aristophanis Thesm. 1098 petitum, quode Meinek. in diar. Marburg. 1846 p. 1085 dixit, ablegans lectores ad Euseb. PE. p. 854 A ante oculos habuit etiam Procop. Soph. epist. cod. Vatic. CCCVI Suecae reginae n. 139 p. 228, cum dicit *εἴθε γενοίμην Περσεὺς ὑπόπτερος ἀέρα τέμνων* (fort. *αἰθέρα*).

quonam e tanta Didymorum cohorte Servius h. l. teste utatur. In censum enim venire posse videtur Didymus Alexandrinus iunior Georgicorum scriptor, quode cf. Needhami prolegg. Geop. vol. I p. LVII ed. Nicl. Hic enim expilatur Geop. XI 4, inque eiusdem libri cap. 5 ad verbum fere leguntur Graece, de quibus latine commentatur Servius l. l., *διττὸν αἱ κυπάρισσοι ὄνομα ἔχουσιν, χάριτες μὲν διὰ τὴν τέρψιν, κυπάρισσοι δὲ διὰ τὸ κύειν παρίσους τούς τε κλάδους καὶ τοὺς καρπούς.* Quibuscum Niclas conferri iubet Eustath. Il. B p. 274 [207] *κύει παρίσους ἡ κυπάρισσος κλάδους.* At hoc argumentum nullum est. Parum enim credibile est ipsos rei rusticae scriptores, Didymum Florentinum Cassianum, alium aliam fabulam intexuisse, quas ad unam omnes eiusdem auctoris esse foetus stilus clamitat. Ac Needhamus quidem Nicolausque Nestoris Larandensis ex Lycia suspicantur has fabulas esse, quarum nonnullae hic legantur vol. I p. LXIII (cf. Haller. bibl. Botan. T. I p. 47), Lambecius contra, cui nos calculum addimus, Pamphili Aristarchei. Haec enim Galenus Simplic. VI praefat. p. 68 pr. 69 pr. *οὕτω δή*, inquit, *καὶ Πάμφιλος ἐποιήσατο τὴν περὶ βοτανῶν πραγματείαν· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν εἴς τε μύθους γραῶν τινας ἐξετράπετο καί τινας γοητείας Αἰγυπτίας ληρώδεις ἅμα τισὶν ἐπῳδαῖς κτέ.* Atque ipsa illa, quod memoratu est dignissimum, de cupresso fabula est Aegyptia Graecis accommodata condicionibus. Quae enim Geoponicorum auctor de filiabus Eteoclis tradidit, eadem de Cyparisso puero Aegyptio narrat Tzetz. in schol. ad exeg. in Iliad. p. 138 ed. Herm. *Κυπάρισσος ὡραῖος ἦν νεανίσκος Αἰγύπτιος, οὗ πεσόντος καὶ ἀποπνιγέντος ἐν φρέατι οἱ καθ' αἷμα τοῦ νέου τὴν κυπάρισσον, μήπω καλουμένην κυπάρισσον, εἰς ὄνομα τοῦ δένδρου κατωνομάκασιν.* Fontem Pamphili Didymum fuisse a verisimilitudine non abhorret. Accedit quod, uti recte observat Niclas vol. II p. 789, 1, tota fabula de Daphne in scholiis Homeri (D) verbis narratur iisdem. Itaque, ut dicam, quid sentiam, Geopon. XI caput IV (vol. II p. 796 sq.) a Didymo Chalcentero videtur profectum; Didymi Alexandrini iunioris est cap. V de plantatione cu-

pressi. Egregie vero fragmentorum par (1 et 3) favet coniecturae nostrae supra propositae, praeter *ξένην ἱστορίαν* alterum etiam opusculum idemque similis argumenti composuisse Didymum, *μεταμορφώσεις* inscriptum.

Haec fere habui, quae de libro *ξένης ἱστορίας* commentarer. Superest, quo certius persuadeam lectoribus satis ieiunum futilemque se fabularum enarratorem in his libris praestitisse Didymum, neque eosdem maioris pretii fuisse, quam Palaephati personati libellum de incredibilibus, ut transscribam quae ap. schol. Eur. Med. 276 vol. V p. 357 Matth. de Medeae liberorum interitu somniat Didymus, atrocis infanticidii crimine studens ut Medeam absolvat: *τὴν γὰρ Μήδειαν λέγει* (sc. Creophylus) *διατρίβουσαν ἐν Κορίνθῳ τὸν ἄρχοντα τότε τῆς πόλεως ἀποκτεῖναι φαρμάκοις. δείσασαν δὲ τοὺς φίλους καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ φυγεῖν εἰς Ἀθήνας, τοὺς δὲ υἱούς, ἐπεὶ νεώτεροι ὄντες οὐκ ἠδύναντο ἀκολουθεῖν καθίσαι* (sic Matth., *καθιεῖν* codd.) *ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς Ἀκραίας Ἥρας, νομίσασαν τὸν πατέρα αὐτῶν φροντιεῖν τῆς σωτηρίας αὐτῶν. τοὺς δὲ Κρέοντος οἰκείους ἀποκτείναντας αὐτοὺς διαδοῦναι λόγους, ὅτι ἡ Μήδεια οὐ μόνον τὸν Κρέοντα ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑαυτῆς παῖδας ἀπέκτεινε. γεγονέναι δὲ παραπλήσιον μυθεύεται καὶ περὶ τὸν Ἄδωνιν.* Cf. Ioann. Antioch. in Muell. h. Gr. IV p. 542. Insignis etiam ad comprobandum, egregie favisse Didymum fabularum explicationi quam dicunt pragmaticae satis illi ieiunae etiam ille schol. Eurip. Cobet. locus est, in quo Paridis iudicium unde fictum sit exponitur Anticlide et Chrysippo auctoribus, si quidem recte suspicamur schol. ad Eur. Androm. 276 p. 36. 37 Witzsch. esse Didymeum *ἔνιοι δὲ* (cf. Varro ap. Augustin. C. D. XVIII 10) *διεψεῦσθαί φασι* (hoc verbo certe utitur Didymus ad Orest. 876) *τὴν κρίσιν τῶν θεῶν, καθάπερ γράφει Ἀντικλείδης* (cf. Meier. comm. Andoc. VI 3 p. VII n. 131). *τρία γάρ ἐστι τῶν ἐπιχωρίων γύναια τὰ εἰς τὴν τῆς εὐμορφίας κρίσιν καταστάντα:* — V.[1]) *Χρύ-*

1) Sophoclis fragmentum e fabula *Ποιμένες* inscripta in eadem scholii parte excerptum hunc in modum corrigo *Ἴδης δή ποτε μηλο-*

σιππος (euius testimonio utitur Didymus etiam ap. Bachm. 65, 11 v. ἀλάστωρ) δὲ ἐν Ἠθικῶν δεκάτῳ (cod. ἠθικῷ ῖ) λογισάμενον τὸν Πάριν τίνων δεῖ μᾶλλον ἀντέχεσθαι, πολεμικῆς ἀσκήσεως ἢ ἐρωτικῆς (-ῶν Nauck.) ἢ βασιλικῆς (cod., βασιλείας Nauck.), νεῦσαι αὐτὸν μᾶλλον εἰς τὰ ἐρωτικὰ καὶ οὕτως τὸν περὶ κρίσεως μῦθον συντεθῆναι. Cf. schol. Phoen. 687 vol. V p. 153 Matth. — Talibus igitur explicationibus fabularum et tritarum et reconditarum undecunque congestis (ex Antielidis, puta, Musaeae Herodori Philochori Ephori Istri Lysimachi Nicandri Chrysippi libris) quin ξένη ἱστορία Didymi referta fuerit non est quod dubitemus; quod argumentum attigimus p. 280 in ea operis nostri de Didymo compositi parte, in qua de veteribus tragicorum interpretibus Graecis egimus. — Ceterum non abs re fore iudico huc transscribere Quinctilian I. O. I 8, 19 'Nam qui omnes etiam indignas lectione schedas excutit anilibus quoque fabulis accommodare operam potest. Atqui pleni sunt eiusmodi impedimentis grammaticorum commentarii vix ipsis, qui composuerunt, satis noti. Nam Didymo, quo nemo plura scripsit, accidisse compertum est, ut, quum historiae cuidam tamquam vanae repugnaret, ipsius proferretur liber, qui eam continebat. Quod evenit praecipue in fabulosis usque ad deridicula, quaedam etiam pudenda: unde improbissimo cuique pleraque fingendi licentia est, adeo ut de libris totis et auctoribus, ut succurrit, mentiatur tuto, quia inveniri, qui numquam fuere, non possunt. Nam in notioribus frequentissime deprehenduntur a curiosis.' Cf. Athen. IV p. 139 C, ubi haud scio an διὰ τὸ πλῆθος ferri non possit, verumque sit Βιβλιολάθαν διὰ τὸ λῆθος, deinde ἔστι γὰρ τὸ πλῆθος. Quid multa? Eequis his perlectis dubitet quin Didymus in historia fabulari ipse tradiderit

τρόφου (cod. ω) αγ (sic cod., non expiscor; fort. ἁγνὸν) ἐν νάπαις | στήτην (cod. αγενναι τὴ ει τήν, deinde τῆς Ἴδης perperam e praecedentibus iteratum) τριολύμπιον ἅρμα. [x — — v v — v v — v — v — | — — v v — v v — v]. Hes. στήτην· ἔστησαν· δυικῶς. Hes. τριολύμπιον ἅρμα· τὸ ἐκ τριῶν ὀλυμπιάδων (συν) ἐζευγμένον, cf. Hes. ζεῦγος τριπάρθενον. — Certamen pulchritudinis mulierum primus Cypselus urbe ad Alpheum condita instituit, Nicia teste in Arcadicis ap. Athen. XIII p. 609 E sqq.

eam fabulam, cui tamquam vanae (*διεψευσμένῃ*), ni fallor in hypomnemate aliquo, repugnaverit.

## 3 et 4.

### *Συμποσιακά. Σύμμικτα.*

Librum *συμποσίου* nomine inscriptum edidisse primus Plato videtur, ad cuius imitationem se composuit Xenopho (Athen. XI 504 F) et fortasse reliqui, quorum nomina recenset Plutarch. symp. quaestt. prooem. lib. I p. 612 D, Aristoteles Speusippus Epicurus Prytanis Hieronymus Dio Academicus. Atque Aristotelis *συμπόσιον* inter scripta Stagiritae enumerat Diog. La. V 1, 12 Athen. XV p. 674 F, *περὶ συσσιτίων ἢ συμποσίων* vitae auctor p. 404 Westerm. Cf. Eudorum Acad. ap. Stob. ecl. II 7 p. 50 Heer. De Speusippo cf. Ions. S. H. Ph. p. 55 ed. Dorn. Ant. Maleckium de Academ. vet. p. 20 sq. Innuit Plutarchus Speusippi librum *Πλάτωνος περίδειπνον*, qui Diogeni La. III 1, 2 laudatus scrupulos iniecit Ionsio l. c. neque Plutarchi memori neque Timonis libri inscripti *Ἀρκεσιλάου περίδειπνον* Diog. La. IX 115. Epicuri symposium iterum allegat Plutarch. Sympos. III 4, 1 et non posse suav. viv. sec. Epic. c. 13 adv. Colot. 6 Athen. V p. 186 E 187 B 177 B 179 D 182 A Diog. La. X 1, 17. De Prytanide quae sciri possunt collegit A. Meinek. anall. Alex. p. 6. Hieronymum suspicor memoriae tradidisse, quae diem natalem Halcyonis Antigoni filii celebrantes amici inter pocula dissererent, cf. Diog. La. IV 6, 17. Dionem nisi e Clem. Alex. IV p. 380 D. Heins. eque Ciceronis Academ. IV 4 cognitum non habeo. Cf. tamen Ernestii Clav. Cic. s. v., qui addit 'Cic. ep. ad Div. IX 26 Coel. 10 Strab. XVII p. 1174.' — Hominis literatissimi Aristoxeni peripatetici *σύμμικτα συμποτικά* longa premeret oblivio, nisi notitiam scripti deberemus industriae unius Athenaei XIV p. 632 A (Mahn. de Aristox. p. 118, qui vertit '*in miscellis convivalibus*' Boeckh. Min. p. 79). Apud eundem Athen. IV p. 162 E laudantur Persaei Cittiensis *συμποτικοὶ διάλογοι* et XIII p. 607 AB *συμποτικὰ ὑπομνήματα*. Cf.

Diogen. La. VII 1 n. 2 et Koepk. de hypomn. Gr. p. 18 (Berol. 1842. 4.). Meleagri Cynici *συμπόσιον* laudat Athen. XI p. 501 C. 'Carmine tale argumentum persecutus est Heraclides Ponticus, qui in lescharum libris doctorum hominum syssitium finxit, qui nodosas de rebus grammaticis et historicis quaestiones alter alteri proponerent et propositas solverent'. Meinek. analect. Alex. p. 378. Atque ipsius Athenaei *δειπνοσοφιστής*, quaestiones Plutarchi convivales, Lucianique Convivium sive Lapithae doctorum manibus teruntur; contra invidit nobis fortuna *συμπόσιον* illud, quod Herodianum grammaticum aliquamdiu Puteolis commoratum conscripsisse e Steph. Byz. s. v. *Δικαιάρχεια* comperimus, cuius indolem argumentumque parum recte perspexisse Matterum (l'école d'Alex. p. 282) verissime monuit A. Wettin. in accurata comm. de Herod. Gramm. partic. p. 5 (Hal. 1842. 8.) addens: '*Grammaticum, si quid video, hoc in libello artem etymologicam iocose atque facete factitasse censeo, et ita quidem, ut omnes res, quae convivio inserviunt, deduceret, id quod facile intelleges, si fragmenta quotquot supersunt comparaveris. Or. et. m.* 138, 4 *πηλός* 137, 31 *πελωρίς* 151, 18 *τάριχος* 167, 19 *ἧπαρ* 108, 6 *ψεδνός* 118, 18 *ψάλλειν* 37, 15 *βόλβος*. *Cram. anecdd.* III p. 399 *ἥδος*.' Cuius opinionis fautorem nactus est solidissimi iudicii virum K. Lehrsium in anall. Gramm. p. 419, cuius integra verba transscripsisse iuvabit: '— *etymologisch erörtert zu sein, ebenso wie diess mit den Ausdrücken, die auf Speise und Mahlzeit Bezug haben, im Symposion geschah; denn so viel ergiebt sich darüber aus den Bruchstücken bei Orion. Dass ausdrücklich angeführt wird* (Steph. Byz. *Δικαιάρχεια*), *er habe es in Puteoli geschrieben, bestätigt wohl, was der Titel vermuthen lässt, dass es wirklich dramatisch in der Form war. Auch Didymus hatte ein συμπόσιον* (voluit *συμποσιακά*) *geschrieben.* [*Anlass wie Stoff zu solchen Zusammenfassungen nach Gegenständen gaben den Grammatikern wahrscheinlich die nach Gegenständen geordneten Lexica, solche besonders, welche die seltensten und schwierigsten Wörter boten, wie Aristophanes von Byzanz.*]' Exstitit etiam qui fingeret scriptas *ἐπιστο-*

λὰς συμποσιακάς[1]) Melesermus Atheniensis sophista teste Suida vol. II 1 p. 763 Bernh. Eudoc. p. 301, συμποτικοὺς νόμους Aristotelis Speusippi Xenocratis affert Athen. I p. 3 F V p. 186 B, Gnathaenae Athen. XI p. 485 B. De anagnostis ad mensam ad erudita veterum convivia adhibitis, lectionibus convivalibus, gryphis et quaestionibus proponi inter pocula et consultationibus suscipi solitis egit G. Stuckius in praestantissimo opere antiquitatum convivalium ed. Tigur. 1582 LB 1695 III 17, 18. 19 Ianusque Cornarius de convivalibus vett. Graecc. moribus ac sermonibus ed. Bas. 1548. 8., uti perhibet I. A. Fabricius bibl. antiq. p. 564 et p. 572. Egregie idem argumentum novissime persecutus est K. Lehrs. de Aristarchi studiis p. 214—219, qui omnium instar est.

Unum addam. Mireris, quod inter scriptores συμποσίων a Plutarcho commemoratos non comparet Didymus noster Plutarcho haud dubie bene notus. At vero οὔ με λήθεις, Plutarche, quippe qui probe noverim morem istum grammaticorum sequioris aetatis abiectum antecessorum abutendi laboribus, reticendi nomina. Solent nimirum ex eorum, quos laudant, scriptis fere nihil decerpere, plurima sublegere iis, quos quasi per transennam praetereuntes vel uno loco antestantur vel inspexisse se prorsus dissimulant, cf. fr. 1. 2. — Sic verba posuit, nomen reticuit Aristoxeni Plut. Symp. I c. 6 p. 623 E, indicante G. Mahnio p. 115.

1.

Steph. Byz. 314, 6 M ὁ τοπίτης Θίβιος, ὡς ἀπὸ τῆς Θίβης εὐθείας. ἔστι δὲ ἔθνος βασκαντικὸν καὶ φθοροποιόν, ὡς Δίδυμος ἐν β συμποσιακῶν. 'θανατοῖ δὲ τὸ πνεῦμα αὐτῶν, οἷς ἂν πλησιάζῃ, καὶ τὰ σώματα αὐτῶν εἰς θάλασσαν ῥιφέντα οὐ καταδύουσιν.' De ipso Thibiorum genere cf. Plut. symp. V 1 p. 224, unde simul auctorem huius fabulae deprehendimus Phylarchum (Brueckner. de Phyl. fr. p. 45) scriptorem fabulosum atque ob id ipsum

1) Quid differant inter se συμποτικά et συμποσιακά docet Plutarch. quaestt. II praef.

a Didymo Chaeeentero lcetitatum saepiusque numero citatum. Hunc igitur ipsum vel Didymum adiit etiam Plin. h. n. VII 2, qui, quamquam ne uno quidem loco Didymum inter externos auctores refert, gemina narrat. Praeterea cf. Hes. s. v. *Θίβεις*, quo loco Salmas. cxx. Plin. p. 47 emendat *Θιβεῖς γόητές τινες*. Apud Plutarchum eodd. fere omnium lectio est *Θηβεῖς*, quod non correxit Brueckner. l. l., *Θυβεῖς* habent edd. Bas. Xyl., *Θιβιεῖς* vel *Θίβιοι* proposuit Vales. emendd. V 8 *Θίβιοι*, Lucht. et Mueller. fr. hist. Gr. I p. 354. Thomsius locum omisit. De loco Thiba Pontico ab Amazone, quam Hercules interfecit, dicto cf. Arrhian. Nicomed. ap. Eustath. ad Dionys. Per. 828. Inter populos effascinantes Nasamones quoque numerantur ap. Herod. II 33 IV 105. Cf. Lobeck. Aglaoph. II 1196 coll. 972 sqq.

2.

Et. m. 651 [718], 35 *σκολιὰ τὰ συμποτικὰ ᾄσματα· Δίδυμός φησιν διαφόρους ἐτυμολογίας ἐν γ συμποσιακῶν*. Cui ibidem Ori oppositur explicatio[1]). Didymi exemplum secuti et Athenaeus XV p. 693 F — 696 E et Plutarchus Symp. I 1 p. 155 Tauchn. de scoliorum poesi nominisque etymologia disputaverunt. Didymus vero de scoliorum veriloquio iteravit in libro *περὶ λυρικῶν ποιητῶν*, nisi mavis ap. et. m. 651, 85 *Δίδυμος — ἐν τῷ περὶ ποιητῶν καὶ Ἡρῳδιανὸς ἐν γ συμποσιακῶν*. — Dicaearchi ap. Suid. et schol. Lucian. pro laps. vol. IV p. 116 ed. Iacbz., Aristoxeni et Phyllidis musici ap. eosdem, Artemonis Cassandrei ap. Athen. XV p. 994 prolatas nominis rationes quin Didymus apposuerit, non est quod dubites. *Ὑπόμνημα περὶ τοῦ σκολιοῦ μέτρου* scripsit Tyrannio grammaticus testibus Suida et schol. Ar. Rann. 1337, quem Amisenum esse statuit H. Planer. de Tyrannione grammatico Berol. 1852. 4. p. 8.

3.

Steph. Byz. p. 305, 1 ed. Meinek. *Ἥτις· δῆμος Λα-*

1) Ex Didymo ducta esse quae Eustathius ad Odyss. η p. 1574, 12 R de scolii veriloquio perhibet suspicatur Iacobsius teste D. Ilgen. isquis. de scol. poes. p. XCII.

*κωνικῆς καὶ τῆς Κρήτης πόλις. ὅθεν ἦν Μύσων εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν χρηματίζων Ἠτεῖος, οὗ μέμνηται Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ Χηνέα τοῦτον εἰπών. Δίδυμος δὲ συμποσιακῶν δεκάτῳ Ἠτεῖον αὐτὸν καλεῖ.*

*Ἤτις, Ἠτεῖος* h. l. debentur O. Muellero Dor. II p. 453 et Meinekio: cf. Pausan. III 2, 11 VIII 12, 8 et. m. 248, 34. Locus Platonis exstat p. 343 A. Steph. = §. 82 p. 582 Heindf. De Mysonis patria cf. Aeg. Menag. ad Diog. La. vol. I p. 286 sqq. Huebn. — Ceterum Stephani verba mihi vix admittere lectionem *Ἠτεῖον* videntur, sed efflagitare *Οἰταῖον*. Vereor enim ne Didymus, qui cum Mnaseae scriptis *ἐν τῷ περὶ χρησμῶν* ap. schol. Pind. Ol. II 70 laudati intimam familiaritatem contraxerat (cf. comm. Didym. IV 1 p. 358), hoc fretus auctore vulgaris famae contemtor esse maluerit. Saepe enim quaesitum est, num *ΟΙΤΑΙΟϹ* an *ΗΤΕΙΟϹ* fuerit Myso, cf. Diog. La. vol. I p. 78 Huebn. Accedit quod Didymum Platonis adversarium fuisse etiam aliunde cognovimus.

4.

Stephani verba (cf. eundem p. 692, 15 M) cum fidem faciant a Didymo in decimo Symposiacorum libro mentionem iniectam esse de septem Graeciae sapientibus, huc etiam referendum mihi videtur non sine specie veri fragmentum haud exile a Clemente Alexandrino servatum Stromat. I p. 220 D. Heins. (LB. 1626): *τὸ μὲν οὖν ΓΝΩΘΙ ϹΑΥΤΟΝ οἱ μὲν Χίλωνος ὑπειλήφασι, Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ θεῶν Θαλοῦ, Ἀριστοτέλης δὲ τῆς Πυθίας. δύναται δὲ τὴν γνῶσιν ἐγκελεύεσθαι μεταδιώκειν. οὐκ ἔστι γὰρ ἄνευ τῆς τῶν ὅλων οὐσίας εἰδέναι τὰ μέρη. δεῖ δὴ τὴν γένεσιν τοῦ κόσμου πολυπραγμονῆσαι, δι' ἧς καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν καταμαθεῖν ἐξέσται. πάλιν αὖ Χίλωνι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀναφέρουσι τὸ ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ, Στράτων δὲ ἐν τῷ περὶ εὑρημάτων Στρατοδήμῳ* (Mueller. fr. hist. Gr. II p. 369 coni. *Ἀριστοδήμῳ*) *τῷ Τεγεάτῃ προσάπτει τὸ ἀπόφθεγμα. Δίδυμος δὲ Σόλωνι αὐτὸ ἀνατίθησιν* (Suid. et Eudoc. p. 387 Museum Pio-Clement. vol. VI tab. XXII), *ὥσπερ ἀμέλει Κλεοβούλῳ τὸ ΜΕΤΡΟΝ*

*ΑΡΙCΤΟΝ* (cf. Suid. et Eudoc. p. 272). *τὸ δ' ΕΓΓΥΑ ΠΑΡΑ ΔΕΑΤΑ Κλεομένης μὲν ἐν τῷ περὶ Ἡσιόδου Ὁμήρῳ φησὶ προειρῆσθαι διὰ τούτων· 'δειλαί τοι δειλῶν τε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι'* (Odyss. ϑ 351), *οἱ δὲ περὶ Ἀριστοτέλη Χίλωνος αὐτὸ νομίζουσι, Δίδυμος δὲ Θαλοῦ φησιν εἶναι τὴν παραίνεσιν. ἔπειτα ἑξῆς τὸ ΠΑΝΤΕC ΑΝΘΡΩΠΟΙ ΚΑΚΟΙ ἢ ΟΙ ΠΛΕΙCΤΟΙ ΤΩΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΚΑΚΟΙ*[1]) *(διχῶς γὰρ ἐκφέρεται τὸ αὐτὸ ἀπόφθεγμα) οἱ περὶ Σωτάδαν τὸν Βυζάντιον Βίαντος λέγουσιν εἶναι· καὶ τὸ ΜΕΛΕΤΗ ΠΑΝΤΑ ΚΑΘΑΙΡΕΙ*[2]) *Περιάνδρου τυγχάνειν βούλονται, ὁμοίως δὲ τὸ ΓΝΩΘΙ ΚΑΙΡΟΝ παραίνεσιν Πιττακοῦ καθεστάναι.* (Suidas et Eudoc. p. 362.) In lexico Bekk. anecdd. I 233, 13 locus Clementis exstat auctus etiam Hermippi testimonio *γνῶϑι σαυτόν· ἀπόφθεγμα. οἱ δὲ Χείλωνός φασιν. Ἕρμιππος δὲ Δελφὸν εὐνοῦχόν φησιν εἰρηκέναι τὸ γνῶϑι σαυτόν, καὶ ἐν τῷ ναῷ ἐπιγράψαι. Χαμαιλέων δὲ Θαλοῦ φησιν εἶναι τὴν γνώμην ταύτην.* Adde Hesych. *γνῶϑι σαυτόν· ἀπόφθεγμα. Χείλωνός φασιν.* Schol. Hom. Il. *Γ* 53.

Bis Didymo testimonium denunciat compilator impudentissimus, cui haec, quae transscripsimus, debet omnia; ipse vero Didymus quo lare se tutetur apparet luce clarius e Stob. floril. T. III 79 (vol. I p. 94—98 ed. Lips.) *Δημητρίου Φαληρέως τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἀποφθέγματα.* Simul hinc discimus, Demetrii Phalerei opera cum parum probabile sit ipsius Ioannis Stobaei manu versata esse, unde ille horum notitiam acceperit, e Didymi, puta, Symposiacis sive integris sive ab Alexione in brevius coactis. Equidem non dubito quin haec septem sapientum apophthegmatum farrago a Stobaeo l. l. nobiscum communicata tota e decimo libro *συμποσιακῶν* originem repetat. Vides insuper quae ap. Stob. in fronte ponuntur septena apophthegmata singula eidem sapienti a Didymo tribui apud Clementem, ut erroris manifestus sit Gaisfordius codici optimo (A) in transponendis Pittaci Mitylenaei et Thaletis Milesii no-

1) Stob. flor. l. l. *οἱ πλεῖστοι ἄνϑρωποι κακοί.*
2) Idem l. l. *μελέτη τὸ πᾶν.*

minibus non obsecutus. Cum Didymo facit C. Iulius Hyginus fab. CCXXI, cui nescio equidem cur hoc caput abiudicet Schefferus p. 176. Aliam famam secutus est Ausonius Burdigalensis, licet in Pythagoricorum scriptis multum versatus, in Ludo VII sapientum p. 149—164 ed. Mannh. et G. Cedrenus. — Ceterum hoc etiam Plutarchus cum Didymo commune habet, quod passim VII sapientum sententiose dicta respicit, e. g. Sympos. III, VI 3 Thaletis *οὔπω καιρός* et *οὐκέτι καιρός*. (Stob. Flor. LXVIII 29.)

5.

Diogen. La. V 5, 6 *Δίδυμος δ' ἐν συμποσιακοῖς καὶ Χαριτοβλέφαρον καὶ Λαμπετώ* (sic) *καλεῖσθαι αὐτόν* (Demetrium Phalereum) *φησιν ἀπό τινος ἑταίρας*. Rem eandem tangit Athenaeus XIII p. 593 E. F *Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς Λαμπιτοῦς τῆς Σαμίας ἑταίρας ἐρασθεὶς ἡδέως δι' αὐτὴν Λαμπιτὼ προσηγορεύετο, ὥς φησι Δίυλλος, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Χαριτοβλέφαρος*. Certatim viri doeti Athenaeum ex Diogene emendarunt ac novissime C. Mueller. fr. histt. Graec. vol. II p. 361: vereor, ut recte. Quid enim impedit, quaeso, quominus pugnantes testes hoc pacto *εἰς ἓν συνελθεῖν* cogamus, ut a Diogene Didymum, ab Athenaeo Alexandrini grammatici fontem narrationisque auctorem Diyllum Atheniensem appositos esse statuamus? Utut est, *ἐπέχω*. Cf. Aegid. Menag. I p. 553 Huebn. Suid. I 1 p. 1245 Hesych. Mil. § 17.

6.

Steph. Byz. 200, 18 W = 452, 8 M. *Δίδυμος δ' ἐν συμποσιακοῖς φησιν, ὅτι πρῶτον Λελεγηίς ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῶν ἐνοικούντων Λελέγων, εἶτα Πιτύουσα ἀπὸ τῶν ἐκεῖ πιτύων καὶ ὅτι ἐκεῖ πρῶτον πίτυς ἔφυ. οἱ γὰρ* (lacunam v. *Ἀθηναῖοι* Ez. Spanheim., v. *Μιλήσιοι* explet Meinek., possis etiam *ἐγχώριοι*) *ἐν τοῖς θεσμοφορίοις πίτυος κλάδον ὑπὸ τὴν στιβάδα* (lacuna in V.) *καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Δήμητρος ἱερὰ κῶνον πίτυος τίθεσθαι* (lacuna, excidit fort. *νομίζουσιν* vel *ἔθος ἔχουσι*) *διὰ τὸ ἀρχαῖον* (*ἁγνεύειν*? M.) *τῆς γενέσεως. μετὰ δὲ ταῦτα ἀπὸ Ἄνακτος τοῦ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ ὠνομάσθη Ἀνακτορία*.

De Thesmophoriis Mileti celebratis cf. Aristodem. Nys. ap. Parthen. Nic. erot. p. 307 Meinek. Cereris Milesiae mentionem faciunt Valer. Max. I 1, 5 et Lactant. Inst. div. II 7 p. 176 Gall. Vid. etiam Spanhem. de usu et pr. num. diss. IV p. 269. 270. De Anactoria, Mileti nomine, cf. Paus. I 35, 6 VII 2, 5 Eustath. Hom. 21, 23 Laur. Lyd. de mens. p. 94 Schow. Unde genuina lectio videtur ap. Maxim. Tyr. I 24 p. 478 *Ἀνακτορία Μιλησία* (Sapphus haec fuit amica) pro ea, cui Suidas favet *Ἀναγόρα*. Cf. Neuium Sapph. p. 7 et N. Heinsium, qui ad Ovid. Her. XV 17 Bersmannum secutus contra Naugerium amplectitur lectionem Anactorie pro Amythone. Anactoram Penelei filiam novit schol. Il. *N* 92. — E Didymo haud scio an Plinius h. n. V 31 sua hauserit: '*Miletus Ioniae caput Lelegeis ante et Pityusa et Anactoria nominata.*' Hoc certe mirum est, quod ne in uno quidem libro h. n. Plinius ad Didymum provocat. — Nostrum sequuntur, ni fallor, schol. Ap. Rh. I 185 vol. II p. 22 Schf., sed recens est scholion Ar. Plut. 586 vol. I p. 87, 19 Dindf.

7.

Clem. Alex. Strom. IV p. 380 D (Heins.) = 523 B Sylb. *ναὶ μὴν Δίων ὁ φιλόσοφος* [1]) *Λυσιδίκην τινὰ γυναῖκα ἱστορεῖ δι' ὑπερβολὴν αἰδοῦς αὐτῷ χιτῶνι λούεσθαι, Φιλωτέραν* [2]) *δέ, ὁπότε μέλλοι εἰσιέναι τὴν πύελον, ἡσυχῇ ἐπαναστέλλεσθαι τὸν χιτῶνα, καθόσον τὰ γυμνὰ τὸ ὕδωρ ἔσκεπεν, εἶτα κατ' ὀλίγον αὖθις ἀνιοῦσαν ἐπενδύσασθαι. ἡ γὰρ οὐχὶ καὶ βασάνους ἤνεγκεν ἀνδρείως Λέαινα* [3]) *ἡ Ἀττικὴ συνειδυῖα αὐτῇ τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα τὴν κατὰ Ἱππάρχου ἐπιβουλήν, οὐδ' ὅπως τι οὖν ἐξεῖπεν εὖ μάλα στρεβλουμένη; φασὶ δὲ καὶ τὰς Ἀργολικὰς· ἡγουμένης αὐτῶν Τελεσίλλας* [4]) *τῆς ποιητρίας Σπαρτιάτας τοὺς ἀλκίμους τὰ πολέμια φανείσας μόνον τρέψασθαι καὶ ἐκείναις τὸ ἀδεὲς τοῦ θανάτου περιποιήσασθαι. τὰ ὅμοια λέγει καὶ ὁ τὴν Δαναΐδα πεποιηκὼς ἐπὶ τοῦ Δαναοῦ θυγατέρων ὧδε·*

*καὶ τότ' ἄρ' ὡπλίζοντο θοῶς Δαναοῖο θύγατρες*
*πρόσθεν ἐϋῤῥεῖος ποταμοῦ Νείλοιο ἄνακτος*

(Duentzer. epic. I p. 3 II 1) κτέ. ᾄδουσι δὲ οἱ λοιποὶ τῶν ποιητῶν τὴν Ἀταλάντης ἐν θήρᾳ ὠκύτητα καὶ τὴν Ἀντικλείας [5]) φιλοστοργίαν καὶ τὴν Ἀλκήστιδος φιλανδρίαν καὶ τὴν Μακαρίας [6]) καὶ τῶν Ὑακινθίδων [7]) εὐψυχίαν. τί δαί; οὐχὶ Θεανὼ [8]) μὲν ἡ Πυθαγορικὴ εἰς τοσοῦτον ἧκεν φιλοσοφίας, ὡς πρὸς τὸν περιέργως ἀπιδόντα καὶ εἰπόντα· καλὸς ὁ πῆχυς, 'ἀλλ' οὐ δημόσιος' ἀποκρίνεσθαι. τῆς αὐτῆς φέρεται σεμνότητος κἀκεῖνο τὸ ἀπόφθεγμα· [9]) ἐρωτηθεῖσα γάρ· ποσταία γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ Θεσμοφόριον κάτεισιν; 'ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου καὶ παραχρῆμα,' ἔφη, 'ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδεπώποτε.' καὶ μὴν καὶ Θεμιστὼ [10]) ἡ Ζωΐλου ἡ Λαμψακηνὴ ἡ Λεοντέως γυνὴ τοῦ Λαμψακηνοῦ τὰ Ἐπικούρεια ἐφιλοσόφει, καθάπερ Μυῖα [11]) ἡ Θεανοῦς θυγάτηρ τὰ Πυθαγόρεια καὶ Ἀριγνώτη [12]) ἡ τὰ περὶ Διονυσίου γραψαμένη. αἱ γὰρ Διοδώρου τοῦ Κρόνου [13]) ἐπικληθέντος θυγατέρες πᾶσαι διαλεκτικαὶ γεγόνασιν, ὥς φησι Φίλων [13]) ὁ διαλεκτικὸς ἐν τῷ Μενεξένῳ, ὧν τὰ ὀνόματα παρατίθεται τάδε· Μενεξένη Ἀργεία Θεόγνις Ἀρτεμισία Παντάκλεια. μέμνημαι καὶ κυνικῆς τινος, Ἱππαρχία δὲ [14]) ἐκαλεῖτο ἡ Μαρωνῖτις ἡ Κράτητος γυνή, ἐφ' ᾗ καὶ τὰ γυνογάμεια ἐν τῇ ποικίλῃ ἐτέλετο. Ἀρήτη [15]) δὲ ἡ Ἀριστίππου Κυρηναϊκὴ τὸν Μητροδίδακτον ἐπικληθέντα ἐπαίδευσεν Ἀρίστιππον. παρὰ Πλάτωνί τε ἐφιλοσόφουν Λασθένεια [16]) ἡ Ἀρκαδία καὶ Ἀξιοθέα [16]) ἡ Φλιασία. Ἀσπασίας [17]) γὰρ τῆς Μιλησίας, περὶ ἧς καὶ οἱ κωμικοὶ πολλὰ δὴ καταγράφουσιν, Σωκράτης μὲν ἀπέλαυσεν εἰς φιλοσοφίαν, Περικλῆς δὲ εἰς ῥητορικήν. παραπέμπομαι τοίνυν τὰς ἄλλας διὰ τὸ μῆκος τοῦ λόγου μήτε τὰς ποιητρίας καταλέγων [18]) Κόριννάν [19]) καὶ Μυῖαν ἢ καὶ Σαπφὼ ἢ τὰς ζωγράφους, καθάπερ Εἰρήνην [20]) τὴν Κρατίνου θυγατέρα καὶ Ἀναξάνδραν [21]) τὴν Νεάλκους, [22]) ὥς φησι Δίδυμος ἐν συμποσιακοῖς.

F. Ritterus Didym. opusc. p. 8 verba nostri a παραπέμπομαι incipere videtur statuere. Mihi secus videtur. Scripsit haud dubie idem auctor, a quo profecta sunt verba παραπέμπομαι τοίνυν κτέ., etiam quae praecedunt μέμνημαι καὶ κυνικῆς τινος κτέ. Quid multa? inserere placuit Didymo Symposiacis suis tractatum aliquem doctrinae ex-

quisitioris luminibus splendentem de mulieribus, quae insigni quadam et ingenii et morum virtute, pudicitia, inquam, fortitudine constantia liberorum coniugumque amore ceteras praestitissent. Huiusmodi selectorum exemplorum collectanea, quibus c. g. Hyginus fab. CCXXI — CCLVII sqq. refertus est, imprimis aevi Alexandrini et Augustei polyhistores in deliciis habuerunt, ac pro temporum istorum libros componendi fertilitate sat multa pepererunt.

*Commentarius.* 1) de Dione philosopho et ipso *συμποσιακῶν* auctore dixi p. 368. 2) Philoteram intellego Ptolemaei II Philadelphi sororem, quade cf. Lycum ap. Mueller. fr. hist. Gr. II p. 374. 3) de Leaena scribit Plin. h. n. VII 23 Athen. XIII p. 596 F. 4) Telesillae meminerunt Pausan. II 20, 7. 8 Polyaen. VIII 33 Suid. s. v. Socrates Argivus ap. Plut. de mul. virt. c. 4 Mueller. Dor. I p. 173 Neuius de Telesillae et Praxillae reliqq. 1843 4. Bernhardyus Grundr. d. gr. L. G. II 541. 5) Anticliam, quade Eustath. ad Hom. Odyss. λ 196 agit, non omisit Hygin. f. CCXLIII, neque idem Alcestidis oblitus ibid. 6) Macariam laudibus efferunt Eur. Heracl. 500 Paus. I 32 schol. Ar. Eqq. 1141 Eudoc. p. 284. Inter philadelphos et hanc et Hyacinthides deinceps recenset anonym. tract. de mulier. e cod. Escor. ap. Westerm. Paradox. p. 219. 7) de Erechthei filiabus, quae proprio nomine Virgines (*Παρθένοι*) appellatae a nonnullis cum Hyacinthi Spartani prole confusae Hyacinthides vocabantur, cf. Phanodem. fr. 3 ap. Mueller. I p. 366 Philochor. ap. schol. Soph. O. C. 100 fr. 31 p. 389 Demosth. epitaph. 1397, 19 Rsk. Blum. ad Lycurg. Leocr. p. 122 Apollod. III 15, 4 Demarat. ap. Clem. Alex. Protr. c. 3 p. 12 Sylb. Euseb. PE IV 16 p. 157 Stob. flor. T. XXXIX 33 coll. Vales. ad Harpocr. p. 262 Hygin. f. XLVI. CCXXXVIII Suid. *Παρθένοι.* Hesych. s. v. Apostol. XV 84 Heyn. Apoll. III p. 865 antiq. Aufsaetz. I p. 96. 8) Theanus responsum pudicum commemorat Stob. Flor. T. LXXIV 53 Menag. ad Diogen. La. VIII 43. 9) v. Diog. L. VIII 1 n. 22. 10) cf. Diog. L. X n. 3. 14 Menag. vol. IV p. 617 Lps. 11) cf. Menag. hist. mul.

phil. vol. IV p. 623 ed. Lps. 12) ibid. p. 624 sq. 13) Diog. L. II 10 n. 7 Menag. vol. III p. 435 IV p. 614 ed. Lps. Philo dialecticus intellegendus est Carneadis magister, vid. Fabric. bibl. Gr. II p. 822. 14) hanc respicit Eratosthenes ap. Diog. L. VI 5, 5 VII 1. 2 (Bernhardy. Erat. p. 195 sq.) Menag. vol. IV p. 88 ed. Lps. 15) Diog. La. II 8 n. 5. 7 Menag. vol. III 408 ed. Lps. 16) Dicaearch. ap. Diogen. III n. 31 IV 1, 5 Menag. obss. vol. III p. 505. 17) Menag. vol. IV p. 596 'Bergl. Alciph. ep. I 34 p. 202 Wagner. Gottleb. ap. Plat. Menex. 2 p. 22.' 18) hanc vocem saepius adhibere Didymum lectores admonui in comm. de Didym. I, 5 p. 77. 19) scribendum videtur *τὴν καί.* Suid. Eudoc. p. 303 Lucian. musc. enc. 11 Bernhardy. Grundr. der gr. Lit. Gesch. II p. 539. Sic in Hygin. praef. p. 8 ed. Scheff. fortassis legendum: *Axenus qui et Achelous.* [Ap. eund. CCXX pro: 'quibus Saturnus secus videtur iudicasse' lego: 'Saturnus ccius' h. e. 'aequius.' ibid. CCXXXVIII ferri nequit Munckeri lectio: '(id c̄) Callisthenes Euboeam filiam.' Suspicor: Iobates Calli- (... filius) Sthenoboeam filiam.' Sic solet mythographus.] 20) cf. Plin. h. n. XXXV 11 sect. 40. Sillig. catal. artif. p. 162. 234. 21) de hac apud reliquos scriptores altum est silentium. Sillig. l. l. p. 43. 22) Sillig. p. 291.

*8.

Et. Gud. 124, 2 *γέρων· Ἀλεξίων ἐν τῇ ἐπιτομῇ τοῦ* (l. *τῶν*) *Διδύμου συμμίκτων φησὶν οὕτω· ἐκ τῶν ἐριστάνου* (l. *Ἀριστοφάνους*) *περὶ ἀνθρώπου γενέσεως καὶ αὐξήσεως κτέ.*

Eadem Ammon. p. 35 ed. Valck. etym. Angel. col. 18 p. VII 24 Ritschel. Egregie hunc locum tractat, ut assolet, A. Nauck. Arist. Byz. p. 88—99. *Σύμμικτα* qui collectanea sua inscriberent, fuerunt quidem sat multi scriptores, e. g. Simonides, Herodicus Crateteus, Philemo Acxonensis, Aristoxenus, Seleucus, Callistratus, Porphyrius, Pamphila Epidauria, Acacius, Achilles Statius, Epiphanius Petraeus; sed uti notissima sunt Symposiaca Didymi, ita Symmicta nisi ex h. l. non nota. Repono igitur *συμπο-*

σιακῶν, nisi suspicaris plenum libri indicem fuisse σύμμικτα συμποσιακά, quemadmodum Aristoxeni Tarentini liber inscriptus fuit σύμμικτα συμποτικά. Ceterum adeant velim lectores diss. nostram de Didymo I 5 p. 71, ubi coniecturam proponere ausus sum in schol. Ap. Rh. IV 973 legendum esse κωμικῇ λέξει τῇ τ' η συμμίκτων. Neque nunc huius me poeniteret coniecturae, si constaret, id quod minime constat, re vera Didymi Chalcenteri esse συμποσιακά. Certe aptissimus erat in Symposiacis locus conclamato illi, aurichalcum quid esset, ἀπορήματι. Observes mihi, quaeso, Didymi verba τῶν εἰκῇ διαδεδομένων καὶ τοῦτο, unde effici videtur eodem capite, quo quaestionem illam de aurichalco solvendam sibi proposuit, etiam de aliis mirae naturae ignotaeque originis metallis expositum fuisse, e. g. de electro stimmi sandarache andriecio.

*9.

Agmen fragmentorum claudat Clem. Alex. Strom. V p. 415 A (Heins.) σοφοῦ γὰρ τὸ χρῆσθαι τῇ συμβολικῇ φράσει δεξιῶς, φησὶν ὁ γραμματικὸς Δίδυμος, καὶ τὸ γνωρίσαι τὸ διὰ ταύτης δηλούμενον — βέδυ μὲν γὰρ τοὺς Φρύγας τὸ ὕδωρ φησὶ καλεῖν, καθὰ καὶ Ὀρφεύς sqq., in quibus quota post appositum Neanthis Cyziceni locum pars o Didymo sit hausta pro certo affirmare non ausim. — Symposiacis adscripsi hanc quoque laciniam eo commotus argumento, quod ζητήματα id genus, quid esset βέδυ, quid ζάψ etc., gratae profecto grammaticorum mensis super coenam interque pocula esse potuerunt quaestiones. De βέδυ cf. Lobeck. Aglaoph. p. 836. 883.

Haec igitur novem e symposiacis fragmenta aetatem tulerunt. Nullus tamen dubito quin plura adhuc in Plutarcho Diogene Laertio et Clemente Alexandrino latitent. Iam vero gravissima quaestio nobis solvenda est, utrum haec decem volumina — tot enim minimum fuerunt — re vera ab Alexandrino grammatico, id quod ἀκριτί perhibere doctos viros (cf. Suid. I p. 1330 Bernh. Beccard. de scholl. Hom. Venet. A. p. 30. 31) video, an ab iuniore

quodam cognomine profecta sint. Scriptorum cohortem, quibus testimonium denunciat noster, si reputaveris, Phylarchum, dico (fr. 1), Aristotelem Stratonem (Ephori adversarium) Cleomenem Sotadam Byzantium [Demetrium Phalereum] (fr. 4) Diyllum Atheniensem (?) (fr. 5) Danaidis poetam [Eratosthenem] (fr. 7) Neanthem Cyzicenum (fr. 9), iusta profecto causa non videtur adesse, cur haec volumina abiudicemus Chalcentero, quem de altero etiam aquae nomine sacerdotali Acheloo, proinde ut fr. 9 de *βέδυ*, sententiam luculenter exposuisse scimus in lexi tragica. Hoc etiam ad Chalcenterum nos ducere videtur, quod fr. 2 Didymo opponitur Orus Milesius, quem cum illo saepius rem habuisse scimus, vid. Ritschel. de Or. et Or. p. 73. Neque disputationis argumenta in capitibus 1. 2. 5. 6. 8 tractata quidquam offensionis haberent 3 sub iudice relicto. At primum, ut in ingressu commentationis observavimus, praeter Herodianum et Athenaeum si qui *συμποσιακά* scripserunt, ii philosophi et sophistae fuerunt, deinde scrupulum iniciunt fr. 4. 7, quae mihi quidem adversus Didymum Chalcenterum auctorem strenue pugnare videntur et redolere potius Pythagoricae familiae philosophum, quam grammaticorum filium. Quodsi semel monitos mecum sensuros esse lectores persuasum habeo, licebit sine ambagibus pronunciare, quo me ferat iudicium. Suspicor enim *συμποσιακῶν* auctorem esse Didymum, Heraclidis filium, grammaticum pariter atque musicum nobilissimum, Neronis aequalem, quode Suidas et Eudocia haec referunt: *Δίδυμος ὁ τοῦ Ἡρακλείδου, γραμματικός, ὃς διέτριψε παρὰ Νέρωνι καὶ ἐχρηματίσατο* (?) [num *ἐχρημάτισε ΠΥΘΑΓΟρικός*?] *μουσικός τ' ἦν λίαν καὶ πρὸς μέλη ἐπιτήδειος*, (cf. Bekk. anecdd. III p. 1449). Hunc non incepte Fabric. BG. VIII p. 355* Pythagoricum fuisse philosophum conicit eum, quem iterum atque iterum laudat Porphyr. in Ptolem. 1 Harm. p. 210 ed. I. Wallis. opp. math. vol. III ed. Oxon. 1699 (*περὶ ὁμοιοτήτων*) p. 191. 193. 209. 210. 212 (*περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Ἀριστοξενείων τε καὶ Πυθαγορείων*) Clem. Alex. Strom. p. 226, 39

(Heins.) *περὶ Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας*[1]), cf. Fabric. B. G. I p. 488. Stob. ecl. eth. p. 151 (*περὶ αἱρέσεως*)[2]), cf. Heeren. de fontibus Stobaei vol. II 2 p. 189—192, qui, cum plurima ecl. eth. II c. VII ex hoc libro transscripta esse suspicatur, fallitur. Nam teste Eudocia p. 272 Celsinus etiam Eudori filius scripsit *συναγωγην δογμάτων πάσης αἱρέσεως φιλοσόφων*, atque alios, qui idem argumentum persecuti sunt, enumerat Fr. Ritschel. de Orion. gnom. part. deperd. Bonn. 1839/40 p. XI. — Hanc coniecturam si probaveris, facile intelleges, quid sit, quod fragmentorum pars altera eaque maior grammaticum, altera neque ipsa spernenda philosophum haud contemnendum prodat ad Heraclidis et Aristoxeni musici exempla se componentem. Scripsit Tarentinus ille musicus ac philosophus omnigena eruditione imbutus *σύμμικτα συμποτικά* et *σύμμικτα ὑπομνήματα* a Sopatro sophista in brevius redacta (Phot. cod. CLXI p. 103 Bekk. E. Koepk. hypomn. scr. Gr. Berol. 1842, 4. p. 11), Didymus *συμποσιακά* (et) *σύμμικτα* ab Alexione breviata, unde cave ne profecisse augureris Stob. Flor. CII 28 *ἐκ τῆς Διδύμου Ἐπιτομῆς* (Trinc., deest locus A). Librorum *de comparationibus* auctor fuit Aristoxenus teste Athen. XIV p. 631 E (*ἐν πρώτῳ συγκρίσεων*); scriptor ὁμοιοτήτων Didymus, imitatus fortasse Sosibium Laconem (Athen. XV p. 690) et regem Iubam (Athen. IV p. 170 E). Vitam Pythagorae aliorumque *βίους* descripsit et *περὶ Πυθαγορικῶν ἀποφά-*

1) *Δίδυμος δὲ ἐν τῷ π. Π. φ. Θεανὼ τὴν Κροτωνιᾶτιν πρώτην γυναικῶν φιλοσοφῆσαι καὶ ποιήματα γράψαι ἱστορεῖ.*

2) Fuit etiam alius Didymus Alexandrinus musicus et geometra coecus, qui sexto imperatoris Constantii anno vixit, quo tempore Antiochia terrae motu prostrata est. Huius meminit Georg. Cedren. hist. compend. I p. 522, 11 Bekk. et Anna Commena Alexiad. IX 10 vol. I p. 460 ed. Schopen. = Par. p. 266 B *καθάπερ ἐκεῖνος ὁ Δίδυμος-μουσικῆς καὶ γεωμετρίας εἰς ἄκρον ἐλήλυθεν.* Cf. etiam S. Maxim. in Dionys. Areopag. T. I p. 188 ed. Corder. Par. 1633 fol. atque omnino Fabric. BG. VIII p. 351. Ceterum mirum, quod etiam Didymus Coecus scripsit de impari numero sive septenario. coll. Hieronym. apolog. pro lib. adv. Iovian. Cum hoc Suidam confudisse Didymum Heraclidis equidem non ausim contendere.

σεων egit Aristoxenus; περὶ Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας et περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Ἀρ. καὶ Πυθαγ. libros composuit Didymus. Iam vero ad singula etiam capita procedat institutus comparationis ordo. De scoliorum etymologia disputare vidimus Didymum fr. 2, eandem materiem tractavit Aristoxenus p. 181 ed. Mahn. Mysonis Chenei, cuius mentionem facit noster in symp. fr. 3, Aristoxenus meminit ἐν τοῖς σποράδην p. 120 Mahn. Discedit autem in hoc fr. a Platonis sententia, cuius malignitatem castigat Aristoxenus in commentariis historicis p. 113. Cf. quae infra dicturi sumus de schol. Plat. Legg. p. 448. Denique Aristoxenum constat scripsisse περὶ τραγῳδοποιῶν, περὶ αὐλητῶν inque vitis musicorum etiam excellentium vitas enarravisse, e. g. Telestis Selinuntii p. 92 §. 26 Mahn. Quod mihi perpendenti non solum Symposiaca Didymo Chalcentero abiudicanda videntur, sed volumina etiam περὶ λυρικῶν ποιητῶν sive περὶ ποιητῶν, licet obstare videatur Didymus ap. schol. Arist. Avv. 217 coll. Orione p. 58, 7. Haec volumina passim laudat et. m. 690, 35 (προσῳδίαι) 777, 9 (ὕμνος) Orio 155, 22 58, 7 — 14 (ἔλεγος) et. m. 327, 1 et. Gud. 180, 16 (ἐλεγεῖα) schol. Plat. Legg. 448 (de Theognidis patria), q. l. animum advertit ἐπιφυόμενος τῷ Πλάτωνι, cf. fr. 3. Accuratius haec persequar in comment. Didym. IV 9, 2. 12 p. 400 Didymi Chalcenteri sine controversia scholion est Eur. Hipp. 263 vol. V p. 439 Matth. de auctore apophthegmatis μηδὲν ἄγαν. At h. l. reperies auctores eius laudatos Chilonem, Sodamum Tegeatam, Sisyphum, Pittheum: de Solone vero ne gry quidem. Cf. schol. Hom. Il. *K* 249. Neque apophthegma χαλεπὰ τὰ καλά, quod Didymus Chalcenterus in proverbiis (p. 398) teste schol. ad Plat. Cratyl. p. 237, 6 Soloni tribuit, inter apophthegmata eius apud Stobaeum Flor. l. l. apparet. Diximus ad Heraclidis etiam patris, cuius λέσχας supra attigi, exemplum Didymum se composuisse videri posse. Quod si verum coniecimus, fortasse Didymus Heraclidis filius a Didymo Claudio non distinguendus est, in qua sententia Bernhardyus etiam ad Suid. I p. 1330 fuisse videtur, legendumque apud lexicographum ἐπι-

*τομὴν τῶν Ἡρακλείδου λεσχῶν* pro *τῶν Ἡρακλέωνος*. Fortasse scribam imperitiorem fefellit compendiosa scriptura *τῶν Ἡρα*$^{\kappa\lambda\acute{\iota}\delta}$*λεχ*. V. Bast. Comm. palaeogr. p. 881 sq.

His expositis superest, ut sententiam meam aperiam, quomodo potuerit fieri ut Didymus in symposiacis symmietis (si quae fuerunt) fr. *8 ad Aristophanis Byzantii *περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν* tractatum[1]) deferretur. Poterat vero me iudice aptissime vel eo loco, quem pertractandis Solonis rebus sententiisque destinaverat, vel si quo capite de numero septenario exposuit, eo commemorare Solonis etiam elegias illas, fortasse suppositicias, in quibus aetatum quoque mutationes per septenarium fieri carmine demonstratum est. Cf. Clem. Alex. VI p. 494 AB. (Th. Bergk. PLG. p. 346 ed. 2 fr. 27). Atque singulari quodam capite ab auctore nostro septenarii numeri virtutes praedicatas esse verosimile est collato Hygin. CCXXI. II. III, qui primum septem sapientes eo quo noster ordine, deinde septem lyricos, postremo septem opera memorabilia recenset. Neque offendit in fr. *9 additum vocabulum ὁ *γραμματικός*, cum Suidas testetur musicum etiam philosophumque Didymum, Heraclidis filium, clarum grammaticum fuisse, ac perquam credibile sit Clementem haec verba eo consilio apposuisse, ut hunc Didymum, quisquis is erat, ab Arcio Didymo philosopho distingueret. Insignem vero doctrinam in homine, Didymi Chalcenteri sectator qui fuit prolesque Heraclidis Didymi amantissimi, non est quod miremur. — Cave denique ne hoc argumento contra Didymum iuniorem utare, quod fr. *9 auctor Neanthe Cyzicceno teste usus sit a Chalcentero saepius adhibito. Scripsit enim Neanthes et *περὶ Πυθαγορικῶν* et *περὶ τελετῶν*, e quibus libris philosophum musicae studio imbutum verosimilius est profecisse, quam grammaticum Alexandrinum. C. Mueller. fr. histt. Gr. vol. III p. 5 sqq.

1) In cod. Bodlei. olim Meerm. Auct. II 11 fol. 78 v. exstant *ὀνόματα τῶν μεθηλικιώσεων τοῦ ἀνθρώπου. Ἡλικίαι τοῦ ἀνθρώπου. Διαφοραὶ ἡλικιῶν κατὰ πλάτος.* Cf. Cram. anecdd. Par. IV p. 177, 26 sq.

Quae cum ita sint, apparet quam longe a vero absit Fr. Ritterus in quaestione de vita Thucydidis prima p. 8. 9, qui, postquam ex his novem a nobis transscriptis locis quattuor tantum apposuit, haec addit: '*Ex eodem opere, cum alia nonnulla, quae Didymi nomine referantur, delecta existumes, tum ea, quae doctus ille literator de Theognidis origine et patria proposuit teste schol. ad Platon. Legg.* I p. 630 A.' Volumina enim *συμποσιακά* et *περὶ λυρικῶν ποιητῶν* inscripta cum iunioris Didymi esse demonstratum sit, ac praeterea haud fallaci coniectura Didymi de Theognidis patria sententiam in scripto de lyricis poetis pronunciatam esse statuerimus, vides horum librorum in diiudicando de auctore vitarum Thucydidis, Sophoclis Aeschyli Euripidis quaestione nullam prorsus esse vim atque auctoritatem. Unde simul efficitur, ut prolixiores istas vitas partem aliquam Symposiacorum fuisse — id quod per se parum est probabile — praefracte negandum sit, nisi harum quoque parentem Didymum iuniorem potius quam Chalcenterum agnoscere malueris.

## 5. 6. 7. 8.

L. Annaeus Seneca in epistula LXXXVIII, ut liberalia studia in bonis non esse nec ad virtutem per se ducere doceat: '*Non putas eum reprehendendum,*' inquit, '*qui occupatus est in supervacua literarum supellectile? Plus scire velle, quam sit satis, intemperantiae genus est. Quid, quod ista liberalium artium consectatio molestos verbosos intempestivos sibi placentes facit et ideo non discentes necessaria, quia supervacua didicerant? Quattuor milia librorum DIDYMUS grammaticus*[1]) *scripsit: miser, si tam multa supervacua legisset. In his libris* de patria Homeri *quaeritur, in his* de Aeneae matre vera, *in his* libidinosior Anacreon an ebriosior vixerit[2]), *in his* an Sappho publica fuerit[3]), *et alia, quae erant dediscenda, si scires.*

1) Cf. Fabric. BG. II 1, 8 vol. I p. 258.

2) Cf. Bergk. Anacr. p. 18 et 27 Bernhardy. Griech. Lit. Gesch. II p. 502.

3) Cf. Bernhardy l. l. p. 490 Neuil Sapph. p. 6 sqq. Apud Athen. XIII p. 569 E lacunam vocabulo *μεταγενεστέρα* suppleo. Ceterum Th. Beccard. de scholl. in Homer. Iliadem Venetis (A) p. 31 (Berol. 1850. 8.)

*I nunc, et longam esse vitam nega!*' Haec ille, cui grammatici his similia quaerentes vapulant, ut etiam Bioni ap. Stob. Serm. 8 a Iusto Lipsio laudato vol. II p. 384. 5 ed. Gron. Ac de vera quidem Aeneae matre si quidem serio Didymus vel per historiam peregrinam vel in peculiari aliquo libello quaesivit, desipuit fortasse pervagato isto grammaticorum morbo correptus cum insipientibus. Quamquam haud diffiteor Senecae lectionem, quamvis libris scriptis ad unum omnibus probatam, suspectam mihi videri '*de Aeneae matre vera.*' Matrem, quod sciam, universa antiquitas agnoscit Venerem, sed de *morte* Aeneae dubitatum esse compertum habemus: cf. Hom. Il. Υ 307 schol. vol. II p. 562 Bekk. Eudoc. p. 76. 77 hymn. Ven. 197 Strab. XIII p. 608 Agathocl. Cyzic. ap. Fest. p. 269 ed. Muell. Cephalo Gergith. et Hegesippus Mecybern. ap. Dionys. AR. I 49 Heyn. exc. III ad Vergil. Aen. XII vol. III p. 843 ed. Wagn. Liv. I 2 Aurel. Orig. c. 14 Hygin. f. 251 Iuvenal. Sat. XI 63 Tibull. II 5, 43 Heyn. Ovid. Met. XIV 600 Ludov. de Vives ad August. d. civit. dei XVIII 19 vol. II p. 379. 80. — Lycoph. Alex. v. 1234 Aeneae matrem *Καστνίαν* vocat, h. e. Venerem, cf. I. Potter. comment. vol. III p. 1463 ed. Muell. Quod vero derideretur a Seneca reliquarum quaestionum triga non erat, cum falsis eum opinionibus divulgatisque per comoediam comparationibus occurrere cupientem quaesivisse neque assensum iis esse, ut scite adnotat Neuius p. 6, hinc fieret probabile, quod quaesivisset. Sic ille librum *de patria Homeri* fortasse eo consilio scripsit, ut eorum conatus reprimeret, qui Homerum Thebaica vel Romana civitate donarent, cf. Hom. vit. ap. Iriart. p. 233 e cod. Matrit. 67 Eustath. Il. p. 4, 16, quos inter etiam Aristodemus fuit Nysaeensis grammaticus illustrissimus. Vid. Mueller. fr. histor. Gr. III p. 307 col. 1. Singulari libro de patria Homeri egit etiam Hermogenes Smyrnaeus, v. Fabric. BG. XIII p. 181 Boeckh. C. I. 3311 Mueller. fr. histor. Gr. III p. 522 sqq.

has quaestiones in Symposiacis locum habuisse suspicatur. Mihi potius *μονόβιβλοι* fuisse videntur.

Pertinebant tales disquisitiones quodammodo ad eam historiae literariae partem, quam nos biographicam vocare consuevimus. In quo scribendi genere e veteribus, multitudinem librorum si spectabimus, haud facile quispiam Chamaeleontem superaverit. Vid. indic. ad Athen. p. 1838 Dindf. Propius tamen ad finem, quem sibi in literarum historia condenda nostra aetas constituit, Didymus in opere castigatissimo *περὶ λυρικῶν* composito accessisse putandus esset, nisi hic ipse liber, ut in comment. IV part. 4 suspicatus sum, Didymo potius Heraclidis filio musico nobilissimo, quam Chaleentero attribuendus esse videretur, quamquam Bernhardyus l. l. II p. 537 lectorem ad §. 107, 7 p. 447[1]) relegans Pindari interpretem ab auctore libri de poetis lyricis Graecis non distinguit.

## 9.

'Quid et qua ratione iam Graeci ad literarum historiam condendam elaboraverint' brevi exposuit E. Koepkius (Berol. 1845. 4.), ex cuius opusculo huc imprimis faciunt p. 13—16 disputata. Itaque partim *περὶ ποιητῶν* in universum, partim *περὶ λυρικῶν ποιητῶν* (quo indice inscriptus Didymi liber num pars fuerit amplioris operis de poetis compositi ab Orion. et. 58, 7—14 laudati nec ne', quaestio est expeditu difficillima) libros condiderunt Glaucus Rheginus Diog. La. IX 7, 6 Plut. de mus. X p. 654 R. Harpocr. 129, 6 Bekk. testibus, cuius opus fuerunt qui ab Antiphonte profectum esse arbitrarentur teste Plut. Antiph. p. 28 ed. Westerm., Critias *περὶ ποιητῶν καὶ σοφῶν*, nisi fallimur cum Muellero fr. hist. Gr. vol. II p. 70, Damastes Sigeensis Suid. Eudoc. p. 127 Phanias Eresius Athen. VIII p. 352 C, Demetrius Phalereus Diog. La. II 8, 9 Eustath. et schol. Od. *γ* 267 Suid. p. 1245, Dionysius Phaselita Eudoc. p. 308 anonym. vit. Nicand. ap. Westerm. biogr. p. 61, Lobo Argivus Diog. La. I 10, 7 Mueller. hist. Gr. III p. 27, Lysimachus

1) Idem in eo falsus est, quod duo duntaxat e libro *περὶ λυρικῶν ποιητῶν* composito fragmenta aetatem tulisse affirmat.

[?] Cyrenaeus schol. Hesiod. p. 31 Gaisf., Metrodorus Diog. La. X n. 1 Plut. non posse suav. vivi s. E., Demetrius Byzantius Athen. XII p. 548 B XIV p. 633 B X p. 452 D Diog. La. V 6, 4, Hieronymus Rhodius Athen. XIV p. 635 F Mueller. l. l. II p. 450 n., Theodorus Diog. L. II 103, Demetrius Magnes Athen. XIII p. 611 B Harpocr. 102, 18 Bekk., cf. Moller. homonymoscop. p. 901 Ions. SHP. I p. 13 Clinton. fast. hell. III p. 189. 199. 544 Meier. comm. Andoc. IV p. IX. VI p. 68, Lysanias Cyrenaeus (*περὶ ἰαμβοποιῶν*) Athen. VII p. 304 B XIV p. 620 C, Euphorio (*περὶ μελοποιῶν*) Meinek. anall. Alexx. p. 29 p. Demosthenes Thrax, qui Demagetae Heracleotae de dithyrambicis poetis opus in brevius contraxit, Suid. Valcken. opusc. II p. 216 Muetzell. Theog. Hesiod. p. 290, Aristoxenus Tarentinus (*περὶ αὐλητῶν*, Pyrrhander (*περὶ αὐλητῶν*) Athen. XIV p. 634 D. His igitur accedit Didymus ab E. Koepkio iuxta cum aliis omissus, cuius quot investigare licuit fragmenta operis *περὶ λυρικῶν ποιητῶν* haec sunt:

1.

Orio p. 58, 7—15 *ἔλεγος ὁ θρῆνος διὰ τὸ δι' αὐτοῦ τοῦ θρήνου εὖ λέγειν τοὺς κατοιχομένους* (sic Ruhnk. Callim. p. 239 Ern., vulg. *χου* vel *ηχου*). *εὑρετὴν* (vulg. *τὴ*, et. Gud. *τεῖς*) *δὲ τοῦ ἐλεγείου* (Gud. *τῆς ἐλεγείας*) *φασὶν* (h. v. add. Larcher.) *οἱ μὲν τὸν Ἀρχίλοχον οἱ δὲ Μίμνερμον οἱ δὲ Καλλῖνον * παλαιότερον*[1]). *ὅθεν* (Gud. add. *καί*, quod fortassis addendum esse suspicetur aliquis, inventorum mentione in finem capitis detrusa) *πεντάμετρον τῷ ἡρωϊκῷ* (Gud. *τὸ ἡρ*) *συνῆπτον, οὐχ ὁμοδραμοῦντα* (Gud. *ὁμοδρόμος*) *τῇ τοῦ προτέρου δυνάμει, ἀλλ' οἷον συνεκπνέοντα καὶ* (om. Gud.) *συσβεννύμενον* (*συναποσβ.* Gud. Larch. reg.) *ταῖς τοῦ τελευτήσαντος τύχαις* (om. Gud.), *οἱ δὲ ὕστερον πρὸς ἅπαντας διαφόρως* (*ἀδιαφόρως* Ruhnk. Larch.). *οὕτω Δίδυμος ἐν τῷ περὶ ποιητῶν.* Viam novissima verba emendandi munit Proeli chrestom. ap.

1) Suspicor excidisse *ἐπὶ τῶν ζ σοφῶν ἢ καὶ.*

Phot. bibl. p. 319, 10 Bekk. Eandem sententiam verbis paululum mutatis nostri testimonio affirmat et. m. 327, 1 *ἐλεγεῖα· — Δίδυμος δέ, ὅτι διὰ τοῦτο τῷ ἡρωϊκῷ* (Gaisf. *ἡρῴῳ*) *ἐπῇδον, ὡς πεντάμετρον καὶ λειπόμενον τοῦ ἡρωϊκοῦ* (*ἡρῴου* G.), *μιμούμενοι τὴν ἀποθνησκόντων ἀπόπαυσιν. ἐπὶ γὰρ μόνοις νεκροῖς πάλαι ᾔδετο πρὸς παραίνεσιν καὶ παραμυθίαν τῶν συγγενῶν καὶ φίλων τοῦ τεθνεῶτος.* Neque abhorret et. Gud. 180, 16, quamvis in Didymeis corruptum, praemissis his: *Δημολέων δὲ ἐν τῷ περὶ μέτρων παρὰ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνεῶτας ἢ παρὰ τὸ ἔλεγον τὸν θρῆνον*, quae haud scio an ab ipso Didymo apposita invenerit etymologus. — Didymus Chalcenterus ap. schol. Ar. Avv. 217 *ἔλεγοι· οἱ πρὸς αὐλὸν ᾀδόμενοι θρῆνοι. τὸν γὰρ αὐλὸν πένθιμον ὑπειλῆφθαι.* Cum iis, qui ab *ἔ ἔ λέγειν* derivabant, Hesychius facere videtur *νηλέγῳ· θρήνῳ ἢ δεινῷ.* Neque defuerunt qui Asianam vocabuli originem statuerent, ut nuper factum est in annall. Marb. 1853 XI p. 88 D, q. l. P. Boetticher Halensis coll. Aric. p. 34 N. 21 *ἐλεγεία* ex Armeniaca lingua derivat, explicatque carmen ad organon *elêgn* cantatum (elêgn = *κάλαμος*, elegneay = *καλάμινος* [*αὐλός*]).

2.

Schol. Plat. Legg. I p. 630 A p. 488 Bekk. *περὶ Θεόγνιδος καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας ἀμφιβολία πολλὴ ἐγίγνετο τοῖς παλαιοῖς. καὶ οἱ μέν φασιν αὐτὸν ἐκ Μεγαρέων γεγενῆσθαι τῆς Ἀττικῆς. οὕτως ὁ Δίδυμος ἐπιφυόμενος τῷ Πλάτωνι ὡς παριστοροῦντι, οἱ δὲ ὅτι ἐκ Σικελίας.*

Differentiam nullam esse monet Bernhardyus lit. Gr. hist. II p. 367 Didymi haud oblitus. — Usum verbi *παριστορεῖν* illustrant Schneidewin. Ibyc. p. 384, qui conferri iubet Plut. plac. philos. II 24 (*fabulam narrare*), Meinek. ad Steph. 258, 2 (v. Ritschel. Or. p. 59), qui schol. Theocr. *α* 117 Hom. Il. *B* 745 Phot. Bibl. p. 82, 20 apposuit. Adde schol. Hom. *B* 612 Apoll. Rhod. II 160 p. 133 Schaef. ('*obiter narrans*' Corrad. ad Cic. ep. ad Att. VI 1 T. I p. 598 Graev.) II 752 p. 504 Damasc. Platon. p. 380, 5 ed. Kopp. = p. 257 cod. Hamb. Hoc vocabulum fortasse expulsum

est voce *προσιστορεῖ* ap. Marcellin. vit. Thuc. p. 129 Ritt., quamquam eo utitur etiam Eustath. vit. Pindar. 31 Odyss. 1669, 58. Ac liceat nobis quoque, cum civis Megarensis h. l. iniecta mentio sit, *παριστορεῖν*, Caecilium etiam Calactinum, quode vid. Egger. Longin. p. LXII—LXVII Mueller. hist. Gr. III p. 330—33, Megarensem dici ap. Iriart. catal. codd. Matrit. p. 83, qui haec scribit: 'In excerptis ex et. m. auctorum elenchus Suidae praefixus abludit nonnihil a vulgato *ἔτι Εὐγένιος Σωσιμᾶς Καικίλιος μεγαρεύς* (sic) *σικελιώτης ἐκλογὴ λέξεων κατὰ στοιχεῖον.*' Huius nomen obliteratum esse in Ammonio de diff. p. 112 s. v. *πειραστής* non pervidit Valckenarius. *ΚΑΙΝΕΙΛΟϹ* est *ΚΑΙΚΙΛΙΟϹ* sub v. *θεωρός* a Lysimachida appositus, cuius nomen fere ubique depravatum a librariis est in *Κεκήλιος* vel *Κικίνου* vel *κἀκεῖ* vel *κἀ*. (Nam App. Phot. 676, 23 legendum videtur *πινάκιον· Καικίλιος λέγει καὶ σύμβολον δικαστικόν.*)

3.

Et. m. 777, 9 *ὕμνος· κατὰ συγκοπὴν ὑπόμονός τις ὤν, καθὸ εἰς ὑπομονὴν* (leg. *ὑπόμνησιν*) *καὶ μνήμην ἄγει τὰς τῶν ἐπαινουμένων πράξεις καὶ ἀρετάς. κεχώρισται δὲ ἐγκωμίων καὶ προσοδίων* (vulg. *-ῳδιῶν*) *καὶ ἐπαίνων, οὐχ ὡς κἀκείνων μὴ ὄντων ὕμνων, ἀλλ' ἀντιδιαστέλλονται ὡς εἴδη πρὸς γένος. γράφεται γὰρ ὕμνος προσοδίου* (v. *προσῳδίας*) *ὕμνος ἐγκωμίου ὕμνος παιᾶνος καὶ τὰ ὅμοια.* (Haec voluit etymologus, vulgo corruptelis scatens circumferebatur locus his: *γρ. δὲ ὕμνος πρ. — τὰ ὅμοια. διαστέλλεται δὲ ὡς εἴδη ἀπὸ γένους ἀλλ' ἀντιδιαστέλλονται.*) *προσόδια γὰρ Ἀθηναῖοι προσιόντες* (Orio *προϊόντες*) *ναοῖς ἢ βωμοῖς πρὸς τὸν αὐλὸν ᾖδον, τὸν δὲ ὕμνον πρὸς κιθάραν. οὕτω Δίδυμος ἐν τῷ περὶ λυρικῶν ποιητῶν.* Haec etymologus, quo copiosior Orio 155, 22 inter verba *ὄντων ὕμνων* et *προσόδια γὰρ Ἀθηναῖοι* haec exhibet *ἀλλ' ὡς γένος ἀπὸ εἴδους. πάντα γὰρ εἰς τοὺς ὑπερέχοντας γραφόμενα ὕμνους ἀποφαινόμεθα καὶ ἐπιλέγομεν τὸ εἶδος τῷ γένει· ὕμνος προσοδίων ὕμνος ἐγκωμίου, ὕμνος παιᾶνος. σημαίνει δὲ ἐν ταῖς*

ὑπεροχαῖς (sic Sturz., cod. ἐν τοῖς ὑπ.) τὰ γενικὰ καὶ τὰ εἰδικὰ (cod. ἰδικά, corr. id.) καὶ τὰ κύρια ὀνόματα, ὥστε μὴ προστιθεμένου τοῦ εἰδικοῦ ἀπὸ τοῦ γενικοῦ νοεῖσθαι τὸ εἰδικόν (cod. ἰδικόν), ὡς ἐπὶ Ὁμήρου· ποιητὴν γὰρ αὐτὸν εἰδικῶς λέγομεν, καὶ θεῖον ὅταν λέγωμεν (cod. ομ), ἰδίως τὸν ὑπερέχοντα νοοῦμεν ἐπὶ τοῦ κοινοῦ διὰ τὴν ὑπεροχήν. οὕτω καὶ ὕμνον ἰδίως λέγομεν διὰ τὴν σεμνότητα καὶ περιττῶν (vulg. περὶ τῶν) ἄλλων ὕμνον ὄντων. (Vides homoeotcleuton, quod dicunt, caussam esse, cur lacunosum habeamus et. m.) κεχώρισται δὲ τῶν προσοδίων καὶ κατὰ τοῦτό ἐστι· τὰ μὲν προσόδια, καθὰ καὶ κέκληται προσιόντες κτέ. Cf. Procl. ap. Phot. 320, 15 ed. Bekk. [schol. V. Hom. Il. N 227].

4.

Et. m. 690, 35 προσῳδίαι (sic) παρὰ τὸ προσιόντας ναοῖς ἢ βωμοῖς πρὸς αὐλὸν ᾄδειν. διὰ (leg. ἀντιδιαστέλλεται, quod vocabulum etiam Hesychio I p. 677 restitui Soph. O. T. 723) δὲ τῶν ὕμνων, ὅτι τοὺς ὕμνους πρὸς κιθάραν ἑστῶτες ᾄδουσιν. οὕτω Δίδυμος ἐν τῷ περὶ λυρικῶν ποιητῶν.

5.

Et. Gud. 446, 51 παιᾶνες· παρὰ τὸ παύσω παύων καὶ κατὰ τροπὴν τοῦ υ εἰς ι. καὶ οὕτως ὁ Δίδυμος. Cf. et. m. 657, 3 Procl. p. 320, 21.

Tot igitur loci supersunt, in quibus Didymei operis περὶ λυρικῶν ποιητῶν compositi memoria facta est, tenuis illa profecto atque oblivioni proxima, si quis investigandi, quae oculis sese quasi subtrahunt, vestigia opera fessus in his acquiescere fragmentis satis habuerit. At Procli chrestomathiam grammaticam cum reliquiis Didymeis apud Orionem Thebanum, Procli teste Marino vit. Pr. c. 8 magistrum, servatis vel obiter comparantibus nobis non potest non primo statim intuitu se obtrudere, quae inter utriusque placita intercedit, similitudo tam mira ea tamque manifesta, ut nostri περὶ ποιητῶν tractatum primarium atque adeo unicum non modo Orioni in locis aliquam multis, sed etiam Proclo Lycio in duobus prioribus chrestomathiae libris

fontem fuisse non sine maxima veri specie suspiceris. Mecum facit Bernhardyus in Grundr. d. Gr. Lit. II p. 455. Atque rem ita se habere iure colligimus ex Orionis etymologique magni cum Proclo consensu in explicandis etiam aliis *μέλεσι* observato. Hic ipse Procli cum Orione consensus impedimento mihi esse videtur, quominus cum Valesio Boissonadio Osanno et Welckero in epic. cycl. p. 7 auctorem chrestomathiae Eutychium Proclum Siccensen statuam, quode cf. Iul. Capitol. in Antonin. c. 2 Trebell. Poll. in Aemil. tyr. (Casaub.) Apulei. de orth. §. 43 Alex. Aphrod. ad Arist. soph. elench. p. 4, 6 Fabric. bibl. Gr. IX p. 365 ed. Harles. Proculus Siccensis erat in latinis grammaticis. Etymologus enim, quamquam p. 327, 38 ad Procli chrestomathiam provocare videtur, tamen ipse hunc librum non inspexisse putandus est, sed Photii excerpta transscripsit p. 319 a 8 sqq., ut quaecunque apud ipsum de variis carminum generibus leguntur eum non Proclo sed Orionis Thebani copiis debere appareat. At Proclum ab eodem Orione totum pendere absurdum esset statuere: poterat enim Lycius philosophus haud dubie, quem librum Orio magister eius inspexerat, eo et ipse uti, excerptis Orioneis contentus esse non poterat, cum ad magistri consilium veriloquia tantummodo carminum a Didymo congesta spectarent, ipsius vero laborem reliqua etiam, quae disputaverat Didymus, proxime attingerent. Itaque ex eodem fonte hausit uterque: quo efficitur ut quae communia sint utrique et et. m. e nostro fluxerint, adeoque lacuna Procl. p. 321, 2 coll. 320, 1 ex etymologo 311, 25 *ἐγκώμια* suppleri possit. Suspicor igitur Didymi verba exaudiri ap. Procl. 320 a 25 sq. (coll. et. m. 274, 46) 320 a 33 (et. m. 607, 1—4) 321 a 26 (et. m. 776, 36) 321 a 28 (713, 13) 321 a 30 (et. m. 454, 50 Serv. Verg. ecl. V 14). Quodsi a vero non abhorret, hos Procli libros ex aliqua parte Didymi quasi epitomen esse, licebit, opinor, ex his ipsis augurari, Didymei operis quale tandem fuerit consilium, qui ambitus, quae dispositio pertractandique materiem ratio. Singula igitur carminum genera tractaturus hanc sibi videtur legem statuisse, ut primum cui officio praestando

singula genera inservissent poetis edissereret, deinde ea in species divideret subdivideretque, in singulorum etymologiam, inventores primos, historiam atque antiquitates inquireret, denique tanquam ordinibus sive *κανόσι* factis, reliquis poetis minorum gentium obiter memoratis, principes enumeraret, eorumque, quantum fieri posset, *καὶ γένος καὶ πατρίδας καί τινας ἐπὶ μέρους πράξεις*, ut Procli verbis utar p. 319 a 20, persequeretur. Hinc factum ut fr. 2 ad quaestionem de Theognidis patria solvendam recta disputandi via deferri posset.

Haud inutilis igitur videtur quaestio esse, nihilne ex hac ipsa eius operis parte aetatem tulerit, in qua de patria melicorum, ortu, carminibus rebusque gestis exposuerit. In qua solvenda pro re nata prae ceteris animum advertunt Eudocia Suidas sive, qui utrique communis fons fuit, Hesychius ille Illustris in onomatologo, quem Symposiaca etiam adhibuisse vidimus. Ex his scriptoribus collectos *βίους λυρικῶν* Antonius Westermannus vitarum scriptoribus Graecis minoribus inseruit (lib. II p. 89—116), qui tamen capita V. XIV. XXXV non debebat admittere, quorum priora duo e schol. Arist. Ach. 1150 Lys. 1237, tertium ex Athenaeo XIV p. 616 F 617 B in Suidam irrepserunt, ab Hesychio vero haud dubie afuerunt. E reliquis vitis pro temporum ratione Didymus enarrare non potuit vitas Mesomedis hymnographi et Marciani metaphrastae (XVIII. XXI), enarrare potuit, si tempus spectas, Parthenii grammatici Nicaeni, sed aut non scripsit, utpote grammatici, aut ex parte duntaxat quae Suidas et Eudocia p. 357 referunt, propter Hermippi Berytii, qui Hadriani aequalis fuit, appositum testimonium. Berytium enim neque vero Callimachium intellegunt cum Reinesio A. Meinek. anall. Alex. p. 255 C. Mueller. hist. Gr. III 45 not. Sed quae restant lyricorum vitarum enarrationes ita comparatae sunt omnes, ut a Didymo scriptae esse, sive is Chalcenterus fuit, sive musicus Pythagoricus, temporis ratione habita potuerint. Hoc moneo Philetae Coo malle me quidem inter grammaticos locum concedere, praesertim cum Suidae verba haec sint: *γραμματικός τις κριτικός*, sed non audere tamen

Westermannum vituperare, cum sciam et Callimachum Cyrenaeum et Coum Philetam egregiis elegiarum poetis accenseri apud Proclum, ut Quinctilianum taceam. Neque hoc vituperaverim, quod septem quos dicunt sapientes lyricorum agmini addidit Westermannus, ut qui non sim immemor eorum, quae scripsit Bernhardyus in Grundr. d. Gr. Lit. Gesch. II p. 357 (Zusatz), quamquam Suidas s. vv. *Κλεόβουλος*, *Περίανδρος*, *Πιττακός*, *Σόλων* Diogenem Laertium expilasse videtur, nisi etiam Laertius usus est Didymi *περὶ ποιητῶν* volumine, cuius quidem symposiacis eum usum esse constat.

Commemorat igitur Suidas ex iis, qui *πρὸ Τρωϊκῶν* inclaruerunt, Musaeum et Olympum, qui *πρὸ Ὁμήρου*, Thaletam Cretensem; deinde ex Homeri prosapia Terpandrum Arnaeum, post hos:

| | | |
|---|---|---|
| Olymp. (*κγ*) | Simonidem Amorginum | *ἰαμβογράφον.* |
| *κζ* | Alcmanem Laconem | *λυρικόν.* |
| *κη* | Arionem Methymnaeum | *λυρικόν.* |
| [*λβ* | Pittacum] | |
| *λέ* | Tyrtaeum | *ἐλεγοποιὸν καὶ αὐλητήν.* |
| *λζ* | Mimnermum Colophonium | *ἐλεγοποιόν.* |
| *λζ—νς* | Stesichorum Himeraeum | *λυρικόν.* |
| *ΛΗ* | PERIANDRVM | |
| *ΜΒ—νβ* | PITTACVM | |
| | Sapphonem | *λυρικήν.* |
| *ΜΖ* (*νς*) | SOLONEM | |
| | CLEOBVLVM | |
| *νβ* (*νε*) | Anacreontem Teium | *λυρικόν.* |
| *νδ* | Ibycum Rheginum | |
| *νς* | Simonidem Ceum | *λυρικόν.* |
| (al. *ξβ. οη*) | Timocreontem Rhodium | |
| *νη* | LASVM Hermionensem | |
| *νθ* | Theognidem Megarensem | |
| | (Phocylidem Milesium | *φιλόσοφον*). |
| (*ξ*) | Hipponactem Ephesium | *ἰαμβογράφον.* |
| | Corinnam Tanagraeam | *λυρικήν.* |
| *ξε* | Pindarum Thebanum | |

| | |
|---|---|
| Bacchylidem Ceum | |
| Melanippidem I Melium | |
| Melanippidem II Critonis | *λυρικόν.* |
| Philoxenum Cytherium | *λυρικόν.* |
| Antigenidem Thebanum | *μουσικὸν καὶ αὐλῳδόν.* |
| Timotheum Milesium | *λυρικόν.* |
| Sotadam Maronitam | *ἰαμβογράφον.* |

Supersunt Theano Locris (X) et Eueni (XI), quos omissos ab Eudocia num Suidas Hesychio debeat (XI ex Harpocratione delibavit) dubito. C. XXIV de Myia habet Eudocia p. 357, sed ea quo tempore vixerit ignoro. Desiderantur, quod mireris, Callinus et Archilochus.

Itaque hae poetarum vitae num a Didymo profectae sint necne, certius sciri posset, nisi ipsa Theognidis vita apud Suidam pessime habita esset. Quid quod lexicographus falsam traditionem secutus Megarensem appellat poetam *τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων*? id quod aperte Didymi testimonio ap. schol. Platonis Legg. I 630 A repugnat. Sed fortasse lacuna foedatus est hic locus ea arte sanandus, ut auctore Harpocratione p. 95, 4 Bekk. post *Μεγαρεύς* adicias verba *ἀπὸ τῶν πρὸς τῇ Ἀττικῇ Μεγάρων, πολίτης δὲ τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων*, quae librarius homoeoteleuto deceptus facile omittere poterat. Hoc constat Suidam s. v. *Θέογνις* turbatum esse. Eudocia vel duobus locis Theognidis meminit p. 227 et 232. Accedit quod vitas apud Suidam exstantes perlegenti hoc non potest non animadversione dignum esse, quod in compluribus septem sapientum mentio inicitur, quod quantum in nostram rem habeat ponderis docet comment. IV 3 p. 372 et p. 384. Sic Tyrtaeus dicitur *σύγχρονος τοῖς ζ κληθεῖσι σοφοῖς ἢ καὶ παλαιότερος*, Mimnermus vixisse fertur *ἐπὶ τῆς λζ ὀλυμπιάδος, ὡς προτερεύειν τῶν ζ σοφῶν*, Sappho *γεγονυῖα κατὰ τὴν μβ ὀλυμπιάδα, ὅτε καὶ Ἀλκαῖος ἦν καὶ Στησίχορος καὶ Πιττακός*, Lasi vero Hermionensis quo loco meminit, addit *τινὲς τοῦτον συναριθμοῦσι τοῖς ζ σοφοῖς ἀντὶ Περιάνδρου*. In ipsis sapientum vitis animum advertunt quae s. v. *Πιττακός* exstant *εἷς καὶ αὐτὸς τῶν ζ*

σοφῶν ὧν et s. v. Σόλων: ἔστι δὲ καὶ οὗτος εἷς τῶν ζ ὀνομαζομένων σοφῶν, neque intellegi possunt, nisi ex ampliore quodam opere desumpta putas. Affine est, quod s. v. Ἀλκμάν legitur ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Ἀλκμάν, εἷς τῶν λυρικῶν, ὃν ἤνεγκεν ἡ Μεσσήνη. Haec profecto suspicionem movent lexicographum volumine quodam περὶ λυρικῶν ποιητῶν emisso usum esse. Neque omitti debet, quod locis nonnullis auctor vitarum Pythagoricos scriptores sequitur, ut s. v. Ἀλκμάν Archytam ap. Chamaeleontem Athenaei XIII p. 600 F, s. v. Λᾶσος Aristoxenum ap. Diog. L. I p. 27 Huebn. (Bergk. exx. critt. VI p. VI Roeper. Zeitschr. f. AW. 1852 p. 454) et Aristarcheum se prodit Cratetem castigans s. v. Ἀλκμάν· κατὰ δὲ τὸν Κράτητα πταίοντα (quod vocabulum non erat cur vexaret interpretes, cf. schol. V. Hom. Il. Υ 307 schol. Aristoph. Rann. 1469).

(6.)

Addimus h. l., ne quid omisisse videamur, grammaticum περὶ λυρικῶν ap. Boissonad. anecdd. Gr. IV p. 458 e cod. 2551, quem editor Didymo usum esse suspicatur: λυρικοὶ δέ εἰσιν οὗτοι· Ἀλκμάν, Στησίχορος, Ἀλκαῖος, Ἴβυκος, Ἀνακρέων, Σιμωνίδης, Πίνδαρος, Βακχυλίδης. οὕτω δὲ προσηγορεύθησαν διὰ τὸ πρὸς λύραν ᾄδεσθαι τὰ ποιήματα αὐτῶν. διὸ δεῖ ταῦτα παρ' αὐτοῖς (sic). μέλη δὲ τὰ ἐν αὐτοῖς ἤτοι διὰ τὸ ἀπὸ τελείων ἀφαιρεῖσθαι μέτρων, καὶ γὰρ ἡμεῖς τὰ ἀπὸ τελείων ἀφαιρούμενα μέτρων μέλη καλοῦμεν, ἢ ἀπὸ Μέλας (Boiss. corr. Μελίας, cuius meminit Apollod. Bibl. II init.) τοῦ Ὠκεανοῦ θυγατρός, καθὰ Λυσανίας φησίν, ἢ παρ' ὅσον μέλιτι παραπλησίαν ἔχει τὴν ἡδονήν. δύναται δὲ καὶ διὰ τὸ κροῦμα ᾠδὴ καὶ μέλος ὁμωνύμως λέγεσθαι. καὶ κῶλα δὲ ὁμοίως, ἐπειδὴ μὴ τέλειόν ἐστι μέτρον. τῶν δὲ ᾠδῶν αἱ μέν εἰσι μονόστροφοι, αἱ δὲ τριαδικαί. καὶ μονόστροφοι μὲν αἱ Σαπφοῖ καὶ Ἀλκαίῳ καὶ Ἀνακρέοντι διὰ τριῶν ἢ τεσσάρων κώλων ὡρισμένην ἔχουσαι τὴν κατάστασιν καὶ ὑπὸ περιγραφῆς διειργύμεναι, τριαδικαὶ δὲ αἱ συνεστῶσαι ἔκ τε στροφῆς καὶ ἀντιστρόφου καὶ ἐπῳδοῦ. κέκληται δὲ ἡ μὲν στροφή, καθά φησι Πτολεμαῖος ἐν τῷ περὶ στατικῆς ποιήσεως, διὰ

*τοὺς ᾄδοντας κύκλῳ κινεῖσθαι περὶ τὸν βωμόν, σημαίνοντας τὴν τοῦ ἡλίου* (cod. *βίου*, corr. Boiss.) *κίνησιν· ἀντίστροφος δὲ παρὰ τὸ ἀναστρέφοντας αὐτοὺς εὐρύθμως κινεῖσθαι. ᾐνίσσοντο δὲ διὰ τούτου τὴν τοῦ ἡλίου κίνησιν, ἐπειδὴ τὴν ἐναντίαν οὗτος δοκεῖ τῷ κόσμῳ ποιεῖσθαι. ἐπῳδὸς δέ, ἐπειδὴ ἱστάμενοι ἐπῇδον, διὰ τοῦτο τὸ ἔμμονον καὶ στερεὸν τῆς γῆς παριστῶντες* (cf. Galen. T. I p. 556 ed. Bas. Cratand. 1588). *λύρα τοίνυν προσηγορεύθη διὰ τὸ λύθρον ὑπὸ Ἑρμοῦ δεδόσθαι τῆς κλοπῆς τῶν βοῶν τοῦ Ἀπόλλωνος, καθάπερ φησὶν Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ* (fragm. 28 Wagn.) '*λύρα βοῶν ῥύσα* (sic) *ἐξερρύσατο.*'

At haec quominus a Didymo profecta esse statuamus, impedit iniecta Ptolemaei memoria, quamvis haud negaverim Ptolemaeum fortasse Didymi de lyricis poetis volumine usum esse. De Lysania, qui testis producitur, cf. Thrigium in Cyrenaic. § 93 p. 354 sqq. Quid scripserit accuratius exposuit Aelius Festus Aphthonius p. 241 ed. Gaisf.: '*μέλος* autem, quod ex his nascitur, dictum putant a Meline Oceani filia, quam primam IV chordis usam affirmat Lysanias.' Huc pertinet etiam Cram. anecdd. Ox. I p. 285, quo de loco dixi in dithyr. p. 85. — Eiusdem Lysaniae meminerunt, ni fallor, Suid. s. v. *Ἐρατοσθένης*. Diog. La. VI 5, 23 Athen. VII p. 304 B XI p. 504 B XIV p. 620 C schol. Voss. Hom. Il. *I* 378 Herodian. Il. *II* 558 (Wolf. prol. CXXXVI Lehrs. Arist. p. 323) et. m. 779, 9? 257, 36 Eustath. 1099 (1075) Bas. annal. Heidelb. 1817 p. 425.

## 10.

### *Περὶ παροιμιῶν.*

'In libris proverbiorum Didymus, quos concinnaverat tredecim, superiorum videtur narrationes saepe dissonas et absonas convellere instituisse. Id quod vel ex inscriptione claret. Helladius Photii p. 865, 22 Hoeschel. [cod. 279 p. 530 a 10 Bekk.] *ὅτι Δίδυμος περὶ παροιμιῶν δεκατρία βιβλία συντέταχε* [*καὶ*] *πρὸς τοὺς περὶ παροιμιῶν συντεταχότας ἐπιγράψας αὐτά.*' Schneidewini sunt verba in praef. ad paroem. vol. I p. XIV. Cf. Suid. *Ζηνόβιος*.

1.

Hellad. ap. Phot. 533 b 17 Bekk. *ὅτι παροιμίαν εἶναί φησι τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πόδα, τὸν δ' ἀριστερὸν νίζειν. φησὶ γὰρ ὁ Πολέμων, ὡς μαρτυρεῖ Δίδυμος, 'δεξιὸν εἰς ὑπόδημα ἀριστερὸν εἰς ποδάνιπτρα.'*

'Cf. Zenob. III 36 Bodlei. cod. Gaisf. 332 Suid. Iamblich. 12 p. 338 Kiessl.' Leutsch. Nauck. Aristoph. Byz. p. 236 Prell. Polem. fr. CI.

2.

Zenob. II 31 (vol. I p. 41 L et S) *αὐτῷ κανῷ· αὕτη τάττεται κατὰ τῶν ἄρδην ὁτιοῦν λυμαινομένων. φησὶ γὰρ ὁ Δίδυμος, ὅτι τὰ δεῖπνα ἐπὶ κανῶν ἐκομίζετο, καθάπερ ἐν Γρυψὶ λέγει καὶ Πλάτων·*

*ἀνηρπάκασ' ἁπαξάπαντ' αὐτῷ κανῷ.*

Vulgatam *ἐν Κρυψίοις λέγεται* corr. Meinekius. Idem proverbium illustrant Bodlei. 155 Diog. II 39 IV 68 Apost. IV 97 IX 21 Ars. 85. 242.

3.

Zenob. IV 20 (I p. 89) *ἡ Ἀμαία τὴν Ἀζησίαν μετῆλθεν. ἱστορεῖ Δίδυμος, ὅτι Ἀμαία μὲν ἡ Δημήτηρ παρὰ Τροιζηνίοις προσαγορεύεται, Ἀζησία δὲ ἡ Κόρη. ἀπὸ γοῦν τῆς ἱστορίας ἡ παροιμία προήχθη. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν πολυχρονίῳ ζητήσει χρωμένων. Πλούτωνος γὰρ Περσεφόνην ἁρπάσαντος ἡ Δημήτηρ ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν περιῄει ταύτην ζητοῦσα.*

Habent hoc prov. Bodl. 478 Apost. II 87 Arsen. 50 Plutarch. 41 Suid. — *Ἀμαία* Schneidew. pro *Ἀμέα* et *ἀμαῖα*, Mueller. in Aegin. p. 171 *Δαμία τὴν Αὐξησίαν.* Lobeck. Aglaoph. 822 conferri iubet Hesych. *ἀμμάς.* Cfr. Prell. Demet. u. Persceph. 325 sq. ?*Ἀχαιά*, quo de Cereris nomine dixi in comm. de lex. com. p. 80.

4.

Hesych. II 481 *Λιμοδωριεῖς· οὕτως ἐκλήθησαν οἱ ἀπὸ Πελοποννήσου, ἀφορίας χαλεπῆς ἐκεῖ γενομένης. ἀποικισθέντες διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ κατοικίσαντες περὶ Ῥόδον καὶ Κνίδον. Δίδυμος δὲ τοὺς περὶ τὴν Οἴτην*

*κατοικοῦντας οὕτω λέγεσθαι διὰ τὸ λιμώττειν καὶ μοχθηρὰν ἔχειν ταύτην.*

Breviora exhibent Phot. Suid. A Didymo discedit priore sententia arrepta Plutarch. cent. I 34 p. 326 O. Muell. Dor. I 102. Cf. p. 34.

5. 6.

App. Provv. IV 26. 29 vol. I 439. 440 *ὄνου σκιά* et *ὄξος Σφήττιον* e Didymo fluxisse apparet ex Harpocratione, uti observavit Schneidew. in praef. p. XIV. Vid. comment. II de hypomn. rhett. p. 311.

7.

Schol. Plat. Cratyl. p. 369 Bekk. *χαλεπὰ τὰ καλά. παροιμία ἐπὶ τῶν ἐν εὐπραγίᾳ μεταβαλλομένων εἰς ὠμότητα. φησὶ δὲ αὐτὴν Δίδυμος ὑπὸ Σόλωνος ἀναφωνηθῆναι ἐπὶ Πιττάκῳ ἱκετεύοντι τὴν ἀρχὴν ἀποθέσθαι καὶ φάντι· χαλεπὸν ἐσθλὸν φῦναι, διὰ τὸ τὸν Περίανδρον εἰς ὠμότητα μεταβαλεῖν· ὅθεν, οἶμαι, φησὶ καὶ Μένανδρος·*

*ἀρχὴ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν*
*ἀγαθὰ τὰ λίαν ἀγαθά.*

*μέμνηται δὲ αὐτῆς καὶ Ἐπίχαρμος καὶ Πλάτων Πολιτείᾳ καὶ Κρατύλῳ.*

Cf. Schneidew. ad Simonid. p. 19 sqq. et ad Zenob. VI 38 vol. I p. 172. 462.

8.

Mich. Apost. Cent. XIX 41 p. 241 Elz. *Τορώνη· Δίδυμός φησιν, ὅτι παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἁρμοζομένων καὶ σεμνοποιούντων ἑαυτοὺς πρὸς τὰ ἐναντία. Ἰσοκράτης δέ φησι πόλιν εἶναι ἐν Θρᾴκῃ.* Cf. nott. Diogen. V 43 ed. L et S. De Mich. Ap. XVIII 40 p. 227 cf. lex. com. p. 46.

(9. 10.)

Omitto sciens schol. Ar. Nubb. 133 Musur. et Tzetz. Chiliad. VIII h. 159 p. 297 Kiessl., qui Didymum ipsum non adierunt, sed Zenobii nostri farraginem expilarunt.

## 11.

*Περὶ τῶν ἀξόνων τῶν Σόλωνος ἀντιγραφὴ πρὸς Ἀσκληπιάδην.*

Plut. Solon. c. 1 vol. I p. 161 Sinten. *Δίδυμος ὁ γραμματικὸς ἐν τῇ περὶ τῶν ἀξόνων τῶν Σόλωνος ἀντιγραφῇ πρὸς Ἀσκληπιάδην Φιλοκλέους τινὸς τέθεικε λέξιν, ἐν ᾗ τὸν Σόλωνα πατρὸς Εὐφορίωνος ἀποφαίνει παρὰ τὴν τῶν ἄλλων δόξαν, ὅσοι μέμνηνται Σόλωνος. Ἐξηκεστίδου γὰρ αὐτὸν ἅπαντες ὁμαλῶς γεγονέναι λέγουσιν.*

Execestidae filium appellat Diog. La. I 45 Plut. Sol. 1 Diod. Sic. exc. Vales. vol. II p. 551 Wessel. Lucian. D. M. 20, 4 I p. 238 Icbz. Vid. Aegid. Menag. obss. in Diog. L. l. l. vol. I p. 203 Hbn. — Asclepiadem, contra quem scripsit Didymus, novimus ex et. Gud. p. 355 *κύρβεις . . . . Ἀσκληπιάδης δὲ ἐν τοῖς τῶν ἀξόνων ἐξηγητικοῖς ἀπὸ Κύρβεως τοῦ τὰς οὐσίας* (?*θυσίας*) *ὁρίσαντος, ὥς φησι Φανίας ὁ Ἐρέσιος*, cf. adnot. ad et. Gud. p. 940 et. m. Suid. Cram. anecdd. II p. 455. Eundem respici sunt qui suspicentur in schol. ad Arist. Nubb. 37 *καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Ἀλεξανδρεὺς τοὺς κατὰ δῆμον ἄρχοντάς φησιν.* Cf. Lehrs. Herodian. scr. tria p. 446. — Seleuci Homerici librum Didymo ad manus fuisse probabile est.

## 12.

*Περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας α β γ δ ε ς.*

Didymum Iubae regi litteratissimo, Afro Varroni, saepius obtrectasse dixi in comment. I et II. Idem adversus Ciceronis libros, quos de republica composuerat, parturivit, aut, ut Plinii verbis utar, abortus fecit. Testis est Ammianus Marcellinus XXII 16, 16 '*Inter quos* (Alexandrinos) *eminuit Didymus multiplicis scientiae copia* (sic Voss., MS. copti, Gruter. captu, Vales. scriptis, al. coepti, Angel. Mai. praef. ad Cic. remp. vocabulum omittit) *memorabilis, qui in illis VI libris, in quibus nonnumquam imper-*

*fecte Tullium reprehendit, sillographos imitatus scriptores maledicos, iudicio doctarum aurium incusatur, ut immania frementem leonem putredulis vocibus (canus) catulus longius circumlatrans.'* Horum librorum, quorum memoria fere obliterata est, meminit praeter Ammianum unus Suidas s. v. *Τράγκυλλος . . . . περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας, ἀντιλέγει δὲ τῷ Διδύμῳ.* — Hinc factum est ut a nonnullis noster inter sillographos referretur, e. g. a Vossio Instit. poet. II c. 20 § 1. Verum tamen omnino non magis constat, opus illud utrum ligata an soluta oratione compositum fuerit, quam sententiaene an stilus Ciceronis in reprehensionem Didymi inciderit. Vid. Paulum de sillis p. 22. Hariolatur igitur me iudice Fr. Ritterus p. 3, cum dicit: 'Antonio hactenus gratificatus est, ut Ciceronis consilia et rationem capessendae reipublicae sex libris exagitaret.' Coniecturam profecto satis vacillantem debebat minore cum confidentia pronunciare. Quanto rectius hac in quaestione autestabimur Plinium in epistula nuncupatoria ad Vespasianum p. 8 Bip., qui Ciceronem in libris de republica Platonis se comitem esse professum refert; atque hic ipse cones, si meam qualemcunque opinionem requiris, apud Didymum habuit offensionem. Aristotelem enim maiore quam Platonem amore nostrum amplexum esse scripta eius loquuntur, Cicero vero factum esse potest ut vix millesimam utriusque philosophi partem recte intellexisset. Cf. A. Maii praef. p. XXXIII ed. Moser.

## [13.?]

[Didymi Alexandrini marmorum et lignorum quorumvis mensurae, gr. ex Ambros. cod. cum latinis Angeli Mai notis et interpret. prodiit Mediol. 1817. 8. ad calc. Iliad. Commemoraverat iam I. A. Fabricius B. G. XIII p. 141 lib. VI cap. IX Didymi Alexandrini *περὶ τῶν μαρμάρων καὶ παντοίων ξύλων μετρήσεως* ex Anatolio MSto in cod. Bavarico 238.]

# V.

## DUBIAE SEDIS FRAGMENTA.

1.

Bekk. anecdd. I 374 *ἀλάστωρ — κατὰ δὲ Δίδυμον ἀπὸ τοῦ τοῖς ἄλαστα πάσχουσιν ἐπαμύνειν.*

Ukertus in Abhandl. d. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. I p. 108 'ἀλάστωρ heisst der Daemon, in so fern er Frevel straft.' Idem conferri iubet Aesch. Pers. 351 Soph. OC. 788 Plutarch. p. 1582. 1621 Cic. 34 Q. Gr. 25 Athen. II p. 63 Inscr. Triop. p. 4 ed. Salm. p. 22 ed. Visc. Paus. I 30 Suid. s. v. *Μέλητος* Poll. V 26 § 131 Hes. et. m.

2.

Et. m. 178, 3 cod. Par. 2630 *ἄφενος — ἢ ἄπενος τὸ μὴ ἐν πενίᾳ, ἀλλ' ἐν περιουσίᾳ χρημάτων.*

3.

Et. m. 179, 13 Gud. 97, 37 Cram. anecdd. Ox. I 37, 11 et. Angel. col. 12 p. VIII ed. Ritschel. *Ἀφροδίτη — ὁ δὲ Δίδυμος παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς διαίτης· τὸ γὰρ β τοῦ φ συγγενές ἐστιν. δῆλον ἐκ τοῦ τοὺς Μακεδόνας τὸν Φίλιππον Βίλιππον καλεῖν καὶ τὸν φαλακρόν βαλακρόν καὶ τὸν Κεφαληνόν Κεβαληνόν καὶ τοὺς Φρύγας Βρύγας καὶ τοὺς ἀνέμους διὰ τὸ φυσᾶν φυσητὰς ὄντας βύκτας. καὶ Ὅμηρος· 'βυκτάων ἀνέμων κατέδησε κελεύθους.' διχῶς δὲ ἡ ἁβροδίαιτος· ὅτι δεῖ αὐτῇ διὰ κάλλος χλιδῆς; ἢ ὅτι κατεχόμενοι τῇ θεᾷ ἁβροὶ καὶ πολυτελεῖς. οὕτω Δίδυμος.*

Cf. et. m. 195, 36 *Βέροια.* Valck. ad Hdt. VI 45 p. 547

Sturz. ad Maittair. dial. p. 184 (140 A) dial. Alex. p. 25 Lobeck. Aglaoph. II p. 1213.

4.

Et. m. 195, 49 *βεῦδος — Δίδυμος δὲ δέρματα βοεύδεα ἢ τὰ εὐδίαν ἡμῖν παρέχοντα.*

